

www.e-rara.ch

Strabonis ... Rerum geographicarum commentarii libri septemdecem

Strabo

Basileae, 1571

Eisenbibliothek Schlatt

Shelf Mark: EM/Rb 742

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-61125>

[Liber duodecimus.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

634
STRABONIS RERV M GEOGRA
PHICARVM LIBER DVODECIMVS.

A R G V M E N T V M.

Duodecim reliqua Ponticæ regionis continet, ac deinceps Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Mysiam, Phrygiam, Meoniam & ante hæc Sinopen ciuitatem Ponticam, & Heracleam, & Amasiâ. Præterea Isauriam, Lyciam, Pamphiliam, Ciliciam cum insulis, montibus ac fluminibus adiacentibus.

*Cappadocia di
uiso.*



Appadocia in varias partes diuisa est, & varias experta mutatio-
nes. Qui eadem utuntur lingua, ij maxime sunt, qui definiuntur
uersus meridiem Cilicio qui uocatur Tauro: uersus orientem
Armenia & Colchide, alijsque interiacentibus gentibus quæ ser-
mone diuerso utuntur: uersus septentrionem Euxinomari usque
ad Halys ostia: uersus occasum Paphlagonica natione, & Galat-
is qui in Phrygiam commigrauerunt usque ad Lycaones & Cili-
ces, eos qui alperam colunt Ciliciam. Iam de ijs ipsis, qui eodem utuntur sermo-
ne ueteres Cataoniam seorsim posuerunt, à Cappadocia tanquam diuersa natione
distinguentes: inq; gentium enumeratione Cataoniam Cappadociæ subiunxerunt,
inde Euphratem, & quæ sunt trans eum gentes, ita ut Melitenam quoque sub Ca-
taonia posuerint, quæ inter hanc & Euphratem sita Commagenam attingit: ac pars
decima Cappadociæ habetur, ut quidem in decem hæc diuisa est prouincias. Sic
enim nostra ætate reges qui Archelaum antecesserunt Cappadociæ ditionem distri-
buerunt: & Cataonia etiam una est de decem partibus. Nostra ætate utriq; suus fuit
præfectus. cum quidem neque ullum linguæ Cataonum à Cappadocum lingua di-
scrimen appareat, neque ab alijs gentibus: mirum in modum prorsus fere abolitis in-
dicijs diuersitatis inter istas gentes. Erant ergo diuisi. adiecit Cataones Cappadoci-
bus Ariarathes, qui primus Cappadocum rex fuit appellatus. 1 Est autem portio
hæc Asiæ quarta tanquam isthmus magnæ peninsulæ duobus constrictis maribus:
uno quod est Isici sinus usque ad Ciliciam quæ nunc aspera dicitur: altero, quod est
Euxini usque ad Sinopen & oram Tibarenorum. Intra Isthmum hunc peninsulam
Lib. I. uocamus quidquid uersus occasum est regionum à Cappadocia: quod Herodo-
tus terram intra Halyn appellat. nã isthac omniapossidet Cræsus, quem ille tyrant-
num populorum intra Halyn appellat. Hodie Asiam intra Taurum nominant,
cognominem toti continenti isti, quæ Asia usurpatur. In Hac ergo Asia quam de-
scribimus modò, continentur ab ortu Paphlagones, Phryges, Lycaones: deinde Bi-
thyni, Myli, Epictetus. tum Troas & Hellespontia. post hæc ad mare de Græcis Ae-
oles, ac lones: de cæteris Cares & Lyci. in mediterraneis Lydi. Ac de reliquis qui-
dem, postea dicitur. Cappadociam Persæ in duas diuiserunt satrapias. eas ab his
*Cappadocia
descriptio.* acceptas Macedones passi sunt. in duo regna mutari, partim spõte, partim inuiti. eo-
rum alterum propriè Cappadociam, & Cappadociâ ad Taurum, adeoque magnam
Cappadociam nuncupauerunt: alterum Pontum, siue Cappadociam Ponticâ. Ma-
gnæ Cappadociæ antiquam constitutionem nunc ignoramus. mortuo enim eius re-
ge Archelao, Cæsar decreuit ac Senatus, ut Romanorum ea esset prouincia. Sub
Archelao & eum antegressis regibus Cappadocia in decem diuisa portiones seu præ-
fecturas, quinque sub Taurica censebantur: Melitena, Cataonia, Cilicia, Tyanitis,
Isauritis. quinque reliquæ minori tribuebantur, Lauinasena, Sargusena, Sarauena,
2 Cammanena, Morimena. 2 His adiecerunt Romani undecimam præfecturam de
Cilicia quæ antè Archelai fuit, circum Castabala & Cybistra, usq; ad Antipatri Der-
ben prædonis. Paruit autem Archelao etiam aspera circa Elæussam Cilicia, & ea om-
Melitena. nis, in qua prædonum cœtus coiuerunt. Melitena per omnia similis est Commage-
næ. tota enim domesticis conseritur arboribus, sola ex omnibus Cappadociæ parti-
bus: ita ut oleum quoque ferat, & Monarite uinum quod cum Græcis certet. So-

TABV- phenæ

ASIAE I. TABV

LA, CONTINET PONTVM ET BITHYNIAM, ET QVAE PROPRIE ASIA DICITVR, AC LYCIAM & GALATIAM, Pamphiliam item, Cappadociam & Ciliciam. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu Armenia maiori & parte Syriae. Ab Austro mari Carpathio, Lyciaco, Pamphyliao & angustis Ciliciae & sinu Iffico. Ab occalu mari Thracio Boiphoro, & Aegæo pelago ac Iccario & Myrtoo. Ab arctis, Pontico mari.

		H.	m.	H.	m.
Bithynia	Chalcedon	15	15	0	15
	Nicomedia	15	14	0	10
	Apamia	15	5	0	12
	Heraclea Ponti	15	15	0	4
	Nicea	15	7	0	10
	Cyzicus	15	0	0	15
	Troas Alexandri	15	0	0	19
	Pergamus	14	55	0	12
	Smyrna	14	45	0	8
	Ephesus	14	40	0	12
	Miletus	14	37	0	8
	Cnidus	14	30	0	15
	Sardis	14	45	0	7
	Magnesia	14	40	0	7
Asiae propria	Apamia	14	45	0	0
	Cibyra	14	52	0	0
	Mitylene	14	57	0	15
	Chios	14	45	0	15
	Rhodos	14	30	0	7
	Patara	14	30	0	0
	Andriaca	14	30	0	0
	Myra	14	35	0	0
	Sinope	15	20	0	15
	Amisus	15	15	0	20
Galatia	Ancyra	15	7	0	10
	Therma	15	7	0	0
	Pessenus	15	0	0	0
Pamphylia	Sida	14	30	0	12
	Perga	14	35	0	7
	Aspendus	14	35	0	8
	Termessus	14	37	0	7
Cappadocia	Trapezus	15	15	0	40
	Comana Pontica	15	5	0	29
	Maza que & Caesarea	14	50	0	23
Armeniae minoris	Comana Cappadociae	14	45	0	30
	Melitena	14	50	0	40
	Nicopolis	15	0	0	39
	Satala	15	7	0	39
Cilicia	Selenus	14	30	0	15
	Pompeiopolis	14	35	0	29
	Mallos	14	30	0	33
	Tarsus	14	35	0	30
	Adana	14	35	0	31

Habet diem maximum.

Distat ab Alexandria ad occasum.

Distat ab Alexandria ad ortum.



phenæ ex aduerso facit, ab eo diremta Euphrate fluuio, ut & sititima Commagene. Trans fluuium Cappadociæ castellum est memorabile Tomisa. Id uenditum fuit Sophenæ talentis c. postea autem temporis Lucullus ob rem bene gestam præmij loco id Cappadoci dedit, cuius in bello Mithridatico usus fuerat opera. Cataonia lata est & cauat planities, omnium rerum ferax, exceptis quæ semper uiuent. Circum eam iacent cum alij montes, tum Amanus uersus meridiem, frustum à Cilicio auulsum Tauri: & abruptus ab hoc in contrariam partem Antitaurus. Etenim Amanus à Cataonia occasum uersus & meridiem ad Syriacum ac Cilicium se porrigens mare, hoc spacio includit totum sinum Issicum, & campos Ciliciæ qui sunt ad Taurum. Antitaurus ad septentrionem inclinatur, ac non nihil etiam ad ortum, deinde in mediterranea desinit. In hoc Antitauri profunde sunt & angustæ conualles, in quibus etiam sita sunt Comana, & Bellonæ templum Comanæ ab accolis dictum. urbs est memorabilis: & maxima ibi multitudo eorum qui diuino instinctu corripiuntur, atque hierodulorum, qui sunt sacrificiorum serui. Cataones sunt qui urbem inhabitant, regi quidem aliàs subditi, sed pontificis tamē dicto audientes. is maxima ē parte & templi dominus est, & hierodulorum: qui, cum nos ibi peregrē essemus, plures erant sex millibus, uiri unā cum mulieribus. Multum etiam agri est, quod ad templum pertinet: cuius fructus percipit pontifex. isq; secundum regem in summo est inter Cappadoces honore. plerunque ex eadem familia sunt pontifices & reges. Ista sacra putatur Orestes, eiusq; soror Iphigenia eō attulisse ē Scythia Taurica, quæ Tauropoli Dianæ habentur. ibidemque lugubrem deposuisse comam, unde Comana urbi nomen factum. Per eam mediam fluit Sarus samnis, ac per conualles Tauri in campos Ciliciæ se euoluens, in subiectum huic mare exit. At per Cataoniam Pyramus nauigabile flumen decurrit, medijs in campis featuriens. est autem fossa memorabilis, per quam aqua pura longo spacio infra terram fertur, ac deinde in superficie erumpit. Si quis iaculū in fossam contorqueat, adeo resistit uis aquæ, ut ægrē mergatur. Is fluuius ubi; immensa profunditate, & amplissima latitudine lapsus Taurum attingit, mirabilem aquarum congeriem excipit. Mirabilis est etiam fissura montis, quam alueus fluuij penetrat. Sicut enim in saxis, quæ rimis fatiscunt, ac bifariam finduntur, euenit ut unius partis eminentia æqualis sit alterius cavitati, adeo ut concinnari etiam, inque unum compingi possint: ita & nos uidimus saxa utrinque supra fluuium sita ferē usque ad promontoria porrigi interualla duorum aut trium iugerum; sic ut cavitates eminentijs opponantur. Quidquid soli interiacet, id omne saxosum est, profundum, prorsusq; angusta in eo ruptura, quam transilire canis lepus'ue possit. atque is est alueus fluuij ad labra usque aquæ plenus, latitudine aqualiculi. Propter obliquitatem autem, & tam longinquam collectionem, ac conuallis profunditatem, statim ijs qui eminus accedunt, sonitus tonitruui similis occurrit. Per montes elapsus Pyramus, tantum secum terræ in mare effert ē Cataonia partim, partim ē Cilicum campis: ut oraculum quoque feratur, quo de eo exciderit.

Tempus erit rapido cum uortice Pyramus olim

Tellure aggesta sacram Cyprum quoque tanget.

Etenim simile aliquid ibi usu uenit eius, quod in Aegypto fit: ubi mare subinde terra aggesta à Nilo incontinentem uertitur. unde & Herodotus Nili donum eam appellat. & Homerus Pharam quondam in alto sitam fuisse tradit, quæ hodie continenti Aegypto est adiuncta. Tertio loco est pontificatus Iouis, cui Dacia nomen, priore non minor, itidemque memorabilis. In hac lacus est aquæ salæ, ambitu nequaquam parue paludis, qui supercilijs clauditur sublimibus & rectis: ita ut descensus sit per gradus. aque eius neque incrementum esse ullum aiunt, neque defluxum usquam conspicuum. Urbem neq; Cataoniae planities ullam habet, neque Melitene: sed castella in montibus munita, Azamora, & Dastarcum, quod Carmala amne circumfluitur. habet & sanum Apollinis Cataonis, qui totam per Cappadociam colitur, exempla eius simulacri desumentibus gentilibus. Reliquæ præfecturæ nullas habent urbes, duabus demtis. In Sargarausena oppidulum est Herpa, & Carmalus fluuius, qui & ipse in Cilicium effluit mare. In alijs est Argus castellum excelsum ad Taurum, & Nora, quæ nunc Neroasus dicuntur: ubi Eumenes

menes diu obsidionem pertulit. nostra ætate Sislinus thesaurum suum ibi adseruauit, qui Cappadociæ imperium affectarat. is Cadyna etiã pro regia habuit, urbis in morẽ con-
dita, in montib. Lycaoniæ. Nã Sabera, nunc oppidum pagi simile, ferunt aliquãdo fuisse
primariam regionis urbem. In Morimena templum est Iouis Venalis culti, domicili-
um habens hierodulorum ter mille propemodum: agrumque bonæ frugis, ex quo ad
pontificem redeunt quotannis talenta xv. Is præest per totam uitã, ut & is qui apud Co-
mana, à quò ille proximus honore est. Duæ modò præfecturæ urbes habent: Tyanitis ur-
bem nimirum Tyana. Hæc Tyanitis substrata Tauro est ad portas Ciliciæ: iuxta quas fa-
cilimi eius sunt, omnibusque communissimi in Ciliciam & Syriam transscensus. uocatur
autem Eusebia ad Taurum, fertis & maxima sui parte plana. Tyana imposita sunt ag-
geri Semiramidis probè muris substructo. Haud procul inde Castabala sunt, & Cybi-
stra, oppida montibus iam propinquire. Apud Castabala Perasiæ Dianæ fanum est, u-
bi aiunt sacrificas mulieres illas pedib. per prunas ambulare. atque ibi sunt qui autu-
ment gesta, quæ de Oresta & Tauro polo Diana fertuntur: dictamque Perasiam, quod trans
mare eò peruenerit. Ergo in Tyanitide præfectura, una de x dictis, urbs est Tyana. nam
postmodò adiectas non annuero, Castabala & Cybistra, & quæ in aspera sunt Cilicia.
in qua Elæussam condidit Archelaus præclarè, insulam non magnam sed fertilem, ac ple-
runque ibi uixit. In præfectura autem quæ Cilicia dicitur, Mazaca sunt gentis metropo-
lis. Ipsa quoque Eusebia cognominatur ad Argæum. sita est enim sub Argæo omnium
altissimo monte, cuiusque uertex nunquam niuib. priuatur. de quo aiunt qui conscen-
derunt. (paucis uerò contigit.) sudo coelo utrunque cerni mare, Euxinum scilicet atque
Issicum. Is mons cetera ad urbis ædificationem ineptus est, cum & aquis careat, & mu-
nitionibus ac muris, ob ducum negligentiam. fortasse etiam studio id curantium, ne mu-
ro tanquam castello fidentes nimis & prædationi incumberent campum habitantes, qui
colles habet altitudine sua opportunos & grandes. Sed & circum iacentia loca prorsus
sterilia sunt, agriculturæque expertia, quantumuis in planicie. sunt enim sabulosa, &
subtus saxosa. Vbi paulum processeris, campum aliquod multorum stadiorum inueni-
es igni occupatum, in profundo delitescente: ita ut ad uictum necessaria procul ipsis sint
petenda. Adeoque id quod summum uidetur commodum, habet adiunctum pericu-
lum. Cum enim uniuersa ferè Cappadocia ligno careat, mons Argæus circumpositum
habet nemus: ut è uicinia ligna petere liceat. sed loca syluæ illi subiecta, ipsa quoque pas-
sim ignem continent. simul & aqua subtus frigida latet: neque igni neque aqua in superfi-
ciem erumpente, quæ maiori ex parte herbosa est. alicubi etiam palustre est solum &
noctu flammæ ex eo exardescunt. Itaque periti cautè lignantur. uulgo, & maxime peco-
ri periculum est, quòd sepe incidunt in latentes ignis foueas. Est & fluuius in planicie
quæ urbi adiacet, nomine Melas, xl circiter stadia ab urbe distans, fontesque in loco qui
est quàm urbs sit humilior habens. Itaque eatenus inutilis est oppidanis, quod non è sub-
limi profluit: sed in lacus & paludes diffusus, ibi aërem circa urbem æstate uitiat. Quin
etiam lapicidinam alioquin utilem, inutilem redigit. sunt enim planicies saxæ in ripis,
unde ad ædificandum copia lapidum suppeditat Mazacenis. sed lapideæ istæ tabulæ ab
aquis occultatæ, operi resistunt. Atqui & istæ paludes ignem passim concipiunt. Aria-
rathes autem rex fauces, per quas Melas in Euphraten exit, obstruxit, effecitque ut cam-
pus proximus lacus quasi marinus esset. atque ibi minutas quasdam insulas Cycladum in-
star comprehendens, puerilem ibi in morem uitæ partem exegit. At enim ea obstructio-
ne cõfertim perrupta, aqua rursum eluuiem fecit: impletusque Euphrates, cum Cappado-
ciæ magnam partem raptit, multosque pagos & cõsita deleuit: tum Galatarum terre Phry-
giam incolentium magnum damnum dedit. pro hoc detrimento incolæ ab Ariarathe ccc
talenta exercebant, Romanis iudicio delato. Simile etiam apud Herpa euenit. Nam i-
bi quoque Carmale alueum obthurauit: atque faucibus deinde perruptis, cum aqua
Cilicum quædam circa Mallum loca perdidisset, pœnas damno affectis luit. Mazaca er-
go situm habent multis de causis incommodum. Videntur autem reges eam sibi dele-
gisse sedem, quia locus est totius regionis medius, qui quidem & ligna habeat, & lapi-
des ad ædificia, & pabulum, quo plurimo indigebant, utpote pecus alentes. Nam quo-
dammo-

Argæus mons
Mazaca.

nammodo urbs ijs pro castris erat. Reliqua ad tutandum sibi suisque necessaria reposita habebant in munitionibus castellorum: quę multa sunt, alia regis & amicorum. Absunt Mazaca à Ponto uersus meridiem stadijs circiter 1000: ab Euphrate paulo minus duplo: à Cilicijs portis itinere sex dierum (& Cyrini castra per Tyana, quę medio sita sunt itinere.) à Cybistris 300. Utuntur Mazaceni legibus Charondæ, & legum decantatorem deligunt, qui ipsis est legum interpret, ut Romanorum sunt, iureconsulti. Adflixit eos grauius Tigranes Armenia rex, quo tempore Cappadociam incursionibus uastauit. omnes enim suis eiectionibus in Mesopotamiam transtulit, & maiorem Tigranocertorum partem ijs habitatoribus frequentauit. qua tamen urbe à Romanis capta, quibus facultates erant, postliminio domum redierunt. Magnitudo Cappadociæ in latum ab Euxino ad Taurum, 1000 circiter stadia. longitudo à Lycaonia & Phrygia usque ad Euphratem ortum uersus & Armeniam, ad tria stadiorum millia. Frugum est ferax, maximè tritici: & omnis generis pecus alit. quanquam autem magis uersus meridiem iacet quàm Pontus, frigidior tamen est. at Gabadania quanquam & plena est, & omnium maximè meridiem spectet, utpote Tauro subiecta: tamen agrè ullam frugiferam arborem fert. ager itaque eius pascuis inseruit, ut & alię multę partes eius regionis, maximè circa Garfauram & Lycaoniam, ac Morimenam. In Cappadocia nascitur etiam præstantissimum omnium minium, quod & cum Hispanico certat. Cappadocium Sinopenis cognomēto laudatur, quia Sinopam id solebant auerere mercatores, antequam Ephesiorum negotiatio usque ad huius regionis homines prorogaretur. Dicitur etiam crystalli tabulas, & onychitis lapidis prope Galatiam inuentas fuisse ab ijs qui Archelao metallā effodiebant. fuitque etiam locus lapidis albi, eburneo colore, quasi cotes quasdam efferens non magnas, unde gladiatorum faciebant manubria. alius etiam, qui magnas speculorum materię glebas ederet, quę etiam exportaretur. A Cappadocia Pontum dirimunt montes quidam, æquali spacio semper à Tauro procurrentes: quorum initium est ab extremis Commagenæ: ubi castellum est conditum loco prærupto 6 Dasmenon usque ad orientalia Laniafines. præfecturæ autem sunt Cappadociæ & Cammaneno, & Laniafina. Quo tempore Romani primū rebus Asiæ moderati sunt Antiocho deucto, euenit ut amicitiam ac fœdus cum istis gentibus regibusque paciscerentur: ac reliquis quidam regibus pro se honoris tribueretur: Cappadoci uerò communiter cum gente. Cum autem genus defecisset regium, Romani ratione fœderis & initæ cum Cappadocibus amicitia ijs permiserunt ut liberè suis uiuerent legibus. hi autem missis legatis libertatem repudiauerunt, ut quam sibi dicerent esse intolerabilem: regem sibi dari postulauerunt. Romani mirati homines esse qui adeo de libertate animū despondissent, permiserunt eis ut de ipsorum corpore regem suis quem uellent suffragiis crearent. Ita rex ab ijs factus est Ariobarzanes: cuius in tertia stirpe genus defecit. Exinde Archelaus ab Antonio rex est constitutus, nulla propinquitate eam familiam attingens. Atque hæc de magna Cappadocia. de aspera autem Cilicia, quæ ei adiuncta fuit, commodius in totius Ciliciæ expositione dicetur.

Ponti uerò rex fuit creatus Mithridates cognomento Eupator. Possedit autem regionem quæ Haly fluuiū determinatur, usque ad Tibarenos & Armenios: atque intra Halyn usque ad Amastrin ac Paphlagoniæ quasdam partes. Adiecit aut ditioni suę etiam oram maritimā uersus occasum usque ad Heracleā, quę Heraclidę ei est patria Platonic in diuersam uerò partem Ponto adiecit quę sunt usque ad Colchidem & Armeniam minorem. Sed & Pompeius illo deiectione his finibus conclusam ditionem occupauit. Is quę ad Armeniam sunt & Colchidem regulis diuisit quorum opera in bello usus fuerat: reliqua 7 in undecim respub. distribuit, & Bithyniæ addidit, ut ex utrisque una constaret prouincia. inter mediterranea quosdam regno posterorum Pylemenis subdidit, ut & Galatas tetrarchis è stirpe. Postea temporis Romani principes alias aliasque diuisiones fecerunt, reges regulosque constituendo, urbesque alias liberas faciendo, alias regulis subdendo, quasdam sub populi Romani potestate relinquendo. Nos singula uti nunc habent recensebimus, & ubi res poscet pauca quadam de antiquioribus commemorabimus. Initium erit Heraclea, quæ de his locis maximè occidentem uersus est. CVM è Propontide in Euxinum

xinum mare intratur, ad dextram sunt Byzantio contiguæ partes Thraciæ. ad læuam autem Chalcedonica regio. Prima in hac parte Bithynorum sunt, proxima Mariandynorum: (quidam etiam Cauconum aiunt.) deinde Paphlagonum usque ad Halyn. post Cappadocum ad Pontum, ac deinceps usque ad Colchos. hæc omnia dextram Ponti partem appellemus. Ora huic uniuersa à Colchide Heracleam usque imperauit Mithridates. ulteriora ad Propontidem usque ad Chalcedonem regi Bithyniæ paruerunt. Regum potestate abolita, fines eisdem seruauerunt Romani: ita ut Heraclea Ponto adiungeretur, ulteriora uersus occasum Bithyniæ. Enimuero Bithynos, cum ante Mysi essent, sic denominatos esse à Thracibus Bithynis atque Thynis qui eò commigrauerunt, plerique uno ore affirmant. indiciumque adferunt de Bithynis, quod etiamnum in Thracia gens Bithynorum exstat: de Thynis, quia Thynias est acta ad Apolloniæ & Salmydessum. Sed & Bebrices, qui ante hos Mysiam incoluerunt, Thraces fuisse ego conijcio. Traditum & hoc est, ipsos Myfos Thracum coloniam esse eorum qui nunc Mysi dicuntur. Hæc quidem ita perhibentur. De Mariandynis & Cauconibus non idem omnes dicunt. Heraclea quidem in Mariandynis sita est: à Milesijs condita: qui fuerint, aut unde, non ostendunt. neque gentile aliquot discrimen Mariandynorum apparet, sed similes omnino sunt Bithynis. itaque hæc quoque gens Thracia uidetur. Theopompus scribit Mariandynum, cum Paphlagoniæ in multas ditiones diuisa partem possideret, inuasisse Bebricum regionem atque occupasse, nomine à se relicto ei quam ante tenuerat. Id quoque traditum est, à Milesijs qui Heracleam condiderunt, Mariandynos fuisse in seruitutem redactos qui ante ista incoluerant loca, atque etiam diuendites, non tamen extra fines. id eis sic usuuenisse, ut Cretensibus seruiuerunt qui cætus Minous dicebantur, & Thessalis Penestæ. Caucones, quos narrant accollere oram deinceps à Mariandynis maritimam usque ad Parthenium fluuium, urbemque habere Teium: alij Scythas faciunt, alij Macedonum quosdam, nonnulli etiam Pelasgorum. Dictum est de his etiam ante quodam loco. Callisthenes uero etiam in recensionem Homericam post uersum,

Iliad. β. 855.

Cromnamque, Aegialumque, & sublimes Erithynos, ista posuit:
Cauconas duxit proles generosa Polyclis,
Circa Parthenium sedes quibus obtigit amnem.

nam ab Heraclea & Mariandynis eos porrigi usque ad Leucosyros, quos etiam nos Cappadoces appellamus. esseque Cauconem gentem quæ est circa Teium usque ad Parthenium flumen: cui contigua est Henetorum qui post Parthenium sunt & Cytorum habent. quin adhuc etiam esse Parthenitas quosdam apud Parthenium. Heraclea urbs est portu commoda, & aliàs etiam memorabilis: utpote quæ etiam colonias deduxerit. nam eius coloniae sunt Cherronesus ac Calapis. Libera primum fuit. deinde aliquandiu tyrannos passa, rursus sese in libertatem uindicauit. regem deinde habuit, cum in Romanorum uenisset potestatem: ac coloniam Romanorum accepit in partem urbis & agri. Quam urbis partem cum accepisset ab Antonio Adiutoris Demenecli Galatarum tetrarchæ Filij, ab Heracleotis Romanis habitata: paulò ante Actiacam pugnam, noctu Romanos adortus interfecit, permissu (ut aiebat.) Antonij. sed post Actiacam uictoriam in triumpho ductus, unà cum filio est occisus. Urbs est Ponticæ prouinciæ, quæ ad Bithyniam est adiuncta. Inter Chalcedonem & Heracleam amnes labuntur complures. quorum numero sunt Psyllis, Calpas, & Sangarius: cuius etiam Homerus facit mentionem. Fontes habet hic apud Sangiam pagum, & circiter stadijs à Pelsinunte, & maiorem Phrygiæ Epicteti (id est adquisita.) partem perlabitur, ac partem etiã Bithyniæ aliquam, ita ut à Nicomedia absit paulo plus ccc stadijs. quo loco ei occurrit Gallus fluuius, ortus apud Modra in Phrygia quæ ad Hellespontum est sita, eadem cum ea quæ Epictetus dicitur, quondam à Bithynis possessa. Is auctus & nauigabilis factus, cum olim naues non ueheret, Bithyniam ostijs suis definit. Ante hanc maritimam oram etiam Thynias insula iacet. In Heracleotide nascitur aconitum. Abest urbs ea à Chalcedonio templo stadia 8 ad cid id, à Sangario id. 8 Teium obscurum nunc est oppidulum. nihilque habet memoratu dignum: nisi quod Philetærus inde ortus fuit, princeps generis Attalicorum regum. Deinceps est Parthenius fluuius, per florida delabens loca, indeque id nomen consecutus, quasi

Iliad. γ. 187.

Iliad. π. 719.

Sangarius.

Gallus fluuius.

quasi uirginium dices fontes in ipsa habens Paphlagonia. Sequitur Paphlagonia & Heneti. Quæstio autem est quos nam Henetos poëta dicat his uersibus:

Paphlagonum hinc ibant ductore Pylæmonē turmæ

Iliad. 8. 850.

Ex Henetis, mulas quæ terra enutrit agrestes.

Neque enim nunc in Paphlagonia Henetos inueniri aiunt. alij dicunt pagum esse *Heneti*, in litore, x schœnis ab Amastris disitum. Zenodotus ex Heneta legit, aitq; urbem notari quæ nunc Amisus dicitur. Alij gentem quandam Cappadocibus conterminam expeditione cum Cimærijs facta ferunt in Adriam excidisse. Id maxime in confesso est primariam Paphlagonum gentem fuisse Henetos, è qua fuerit Pylæmenes, quem & plurimi ad bellum fuerunt secuti: qui euerfa Troia, amisso duce in Thraciam abierint, uagatiq; deinde in Venetiam peruenerint. sunt qui Antenorem etiam & filios eius socios eius profectionis fuisse perhibent, & ad intimum Adriæ sinus recessum consedisse. cuius rei fecimus mentionem in Italiæ descriptione. Probabile est ergo hac de causa Henetos defecisse, ut in Paphlagonia nulli reperiantur. Paphlagonum uersus ortum finiuntur Haly flumini, qui à meridie labitur inter Syros ac Paphlagonum, exitq; in Euxinum mare, ut ait Herodotus: Syrorum nomē Cappadocibus tribuens. nam hi etiamnum Leucosyri, id est albi Syri dicuntur: cum Syri dicantur etiam extra Taurum, qui comparati cum ijs qui intra Taurum degunt, adusti corporis colorem gerant, ideoq; non eodem utantur cognomento. Pindarus quidem Syrium pugnacem equestrē exercitū dixit, de Amazonum colonia loquens, quæ est Themiscyra. hæc autem Amiseni est agri: quem Leucosyri post Halyn tenent. Ergo uersus orientem Halys est Paphlagoniæ terminus. *Paphlagonia*, ad meridiem Phryges & qui eò commigrarunt Galatæ. ad occasum Bithyni & Mariandyni. (nam Cauconum genus funditus ubique periit.) ad septentrionem est mare Euxinum. Iam cum hæc tota regio diuidatur in mediterraneam, & in oram maritimā ab Haly usque ad Bithyniam: maritimam usque ad Heracleam Mithridates possedit: de mediterraneis etiam proximas partes, quarum nonnullæ ultra Halyn excurrerent. Atque eò usq; Romani Ponticam prouinciā extenderunt. reliquæ etiam deiecio Mithridate regulis paruere. De Paphlagonibus mediterraneis dicemus postea. nunc propositum est regionem Mithridati olim subditā, quæ Pontus usurpatur, describere. Post amnem ergo Parthenium Amastris est, urbs eiusdem cum ea à qua condita est nominis. sita est in peninsula, cuius isthmus utrinque portum habet. Fuit autē Amastris uxor Dionysij Heracleæ tyranni, filia Oxyathræ, qui Darij frater fuit ab Alexandro debellati. hæc urbem è quatuor pagis composuit, Sesamo, Cytoro, Cromna. (quorum etiā in Paphlagonum *Iliad. 6. 835.* recensione meminit Homerus.) ac Teio: uerum hic citò defecit à societate. reliqui in uno corpore permanferunt. de quibus Sesamus arx Amastris dicitur. Cytorus emporium aliquando fuit Sinopensium: nomen habere à Cytoro Phryxi F. Ephorus ait. plurima autem & optima buxus apud Amastrin nascitur, maxime ad Cytorum. Aegialus est, id quod uox notat, litus longius c stadijs, & habet cognominem pagum, cuius Homerus meminit hoc uersu.

Cromnamq; Aegialumq; & sublimes Erithynos.

scribunt tamen quidam

Cromnam, Cobialumq; —.

Erythinos autem dici aiunt, qui nunc uocantur Erythrini à rubro colore. duo sunt scopuli. Post Aegialum est Carambis, promontorium magnum uersus septentrionem porrectum & Scythicam Cherronesum. Sæpe facta est huius mentio, & oppositi ei Kriū metopi: quibus Euxinus pontus in duo maria diuiditur. Post Carambin sequitur Cimolis, & Anticimolis, & Abonu techos oppidulum, & Armene Sinopensium pagus portu præditus. de hac prouerbiū fertur,

Qui negotio carebat, muro cinxit Armenam.

Sequitur I post hanc stadijs ipsa Sinope, omnium quæ isthic sunt urbium præstantiss. *Sinope*. sima. Hanc Milesij condiderunt. & adornata classe, mare totum quod intra petras Cymeas est in sua habuit potestate, atque extra illud etiam Græcos in multis certaminibus adiunxit. Quanquam uerò diu suis uixit libera legibus, non tamen ad finem usque liber-

P tatem

tatem suam conseruauit: sed expugnata, seruauit Pharnaci primum, ac eius deinceps successoribus usque ad Eupatorem & Romanos qui eum oppresserunt. Is quidem Mithridates ibi & natus fuit, & educatus: & in eximio eam habuit honore, caputq; totius regni fecit. Est autem urbs ea naturæ etiam prouidentia præclare parata. Nam incumbit ceruici cuiusdam peninsulæ: à cuius isthmi utraque parte portus sunt, & naualia, ac pelamydum capturæ mirabiles. de quibus diximus, secundam capturæ eius felicitatem esse penes Sinopenes, tertiam Byzantiōrū. in orbem peninsula proiecta habet scopulosa litora, & cauernas quasdam. ueluti foueas saxosas, Chœnicides ipsi, quasi modiolos, appellant. eæ implentur mari intumescente. ut propter hanc quoque causam difficulter accedi ad locum istum possit: & quia scopulis apparentibus in echini morem horrens, nudo pedi aditum non præbet. Supernæ, ac supra urbem, solum est bonum, & agris hortisque crebris excultum: multo tamen præstât suburbia. Ipsa urbs muris est egregie circumdata, ac splendide etiam ornata gymnasio, foro, atq; porticibus. Talis tamē cum sit, bis capta nihilominus fuit. prius à Pharnace, cum is eam de improviso obrueret. posteriùs à Lucullo & tyranno intus desidente cum & foris & intus oppugnaretur. Nam custodiæ urbis præfectus à rege Bacchides subinde aliquam metuens prodicionem, ac multas cædes edens, multos fœdè multans ciuium eò rem deduxit, ut neque ad propugnandum fortiter ciuibz animus, neque ad deditiōem initis pactis faciendum facultas esset. Expugnata igitur est, captaq; urbs. Lucullus conseruatis reliquis Sinopes ornamentis, Billari tamen sphaeram abstulit, & Sthenidis opus 9 Autolyçi statuam: quem illi urbis conditorem existimantes diuinis colebant honoribus. fuit etiam oraculum eius. Videtur is unus eorum fuisse qui cum Iasone nauigauerunt, & locum istum occupasse. Postea Milesij opportunitate loci animaduersa, & imbecillitate inhabitantium, suum fecerunt, colonosq; miserunt. Nunc Romanorum recepit coloniam, quæ in partem urbis agriq; uenit. Distat à fano Chalcedonensi stadia cix cix cix cix. ab Heraclea cix cix. à Carambi cccc. Viros præstantes protulit Sinope, philosophos Diogenem cynicum, & Timotheum Patrionem: poetam comicum Diphilum: historię scriptorem Bathonem qui Persica composuit. Deinceps sunt ostia Halys fluij: cui à salib. quos præterlabitur nomen est. Fontes habet in magna Cappadocia, prope Ponticā, apud Cambyenam. Inde magno alueo uersus occasum lapsus, ad septentrionem se conuertit per Galatas & Paphlagones, hos à Leucosyris distinguens. Montana, quæ supra Sinopensem & reliquam maris oram usque ad Bithyniam sita sunt, nauibus fabricandis aptam, & deportatu facilem habent materiam. Sinopensia etiam acerem habent, & nucē montanam: ex quibus mensæ fiunt. Vniuersa & oleis consita est regio, quæ paululum supra mare colitur. Post ostia Halys fluij Gadilonitis est usque ad Saramenam, fertilis admodum ac beata regio, tota campestris. Oues nutrit, quarum lanæ densæ sunt atque molles: qualis per totam Cappadociam & Pontum magna est penuria. nascuntur ibi etiam capræ, raræ alibi. Huius regionis partem Amiseni habent, partem Pompeius Deiotaro dedit: ut & quæ sunt ad Pharnaciam & Trapezuntem, Colchos usque ad minorem Armeniam. & regem eius ditionis constituit, cum etiam paternam tetrarchiam haberet Tolistobogiorum Galatarum. eo mortuo uariæ fuerunt successiones. Post Gadilonem est Saramena, urbsq; Amisus illustris, à Sinopa distans stadia circiter ccccc. Theopompus narrat, initio eam à Milesijs fuisse conditam, cum ij Cappadocibus imperarēt. Tertium autem ab Athenocle & Atheniensibus frequentatam colonis, præeum fuisse denominatam. Hanc quoque reges tenuerunt. & Eupator templis ornauit, partemq; urbi de integro adiecit. Lucullus etiam hanc cepit. ac deinde Pharnaces, cum à Bosporo traiecisset. Liberatam autem à diuo Cæsare, Antonius regibus subiecit. deinde malè eam tractauit Strato tyrannus. rursus deinde libertas eis reddita est à Cæsare Augusto post Asiaticam uictoriam. Et nunc quidem in bono est status. Habet autem cum aliam regionem bonam: tum Themiscyram Amazonum olim domicilium, & Sidenam. Themiscyra planities est, quæ ab altera parte mari alluitur, ad lx stadia ab Amiso dissidens: ab altera montanis subiecta nemorosis probe, & perfluis amnium alueis, qui indidem scaturiunt. e quibus omnibus impletus unus fluuius planiciem percurrit, Thermodon nomine: aliis

ne alius autem aequalibus ferè ab eo spatijs semper distans, Iris nomine, re per Phanarce-
 am fluit, eandem perlabens planiciem. Oritur in ipsa Pontica regione, ac postquam Co-
 mana Ponti urbem pertransijt, ac Daximonitidem felicem campum uersus occasum la-
 bens; inde ad septentriones se inflectit apud ipsa Gaziura antiquam regiam, nunc deser-
 tam. hinc uersus ortum reuertitur, assumpto Scylace, alijsq; annibus, mirrosq; Amasiae
 patriae nostrae, urbis munitissimae, prateruectus, in Phanarceam effertur. ibi in eum inci-
 dit, cuius origo in Armenia est, & ipse quoque fit Iris post Themiscyra fluuium excipit,
 & mare tandem Euxinum. Hac de causa planicies hac semper roscida est & herbis uiret,
 sufficitq; alendis bouum & equorum armentis. sementem plurimam excipit elymi atque
 milij. atque adeò nunquam frugibus destituitur. nam aquarum copia quauis siccitate
 est ualentior. itaque famies nūquam ad istos homines pertingit: cum montana etiam tan-
 tam abundantiam praebeant sponte sua nascentium & syluestrium fructuum: uitis, piri,
 mali, & eorum quae sunt de genere nucum: ita ut toto anni tempore largiter decerpere
 fructus possint, qui in syluas eunt: eum alij etiamnum de arboribus pendeant alij in fo-
 liorū quae defluerunt strue copiosa & densa iacentia inueniantur. omnis etiam generis
 uenationes in frequentissimo sunt: uel ob fertilitatem soli. Themiscyram subsequitur Si-
 dena, non item felix & aquis irrigua regio, castellis in ora maritima munitis praedita. Si-
 dena autem a qua nomen habet Sidenā, & Chabacā, & Phauda * atque haec tenus A-
 misena. Amisus protulit uiros doctrina insignes: mathematicos quidem Demetrium
 Ratheni, & Dionysiodorum eiusdem nominis cum Icene geometra: grammaticum au-
 tem Tyrannionem, quem nos audiuius. Secundū Sidenam Pharnacia est, munitum
 oppidum. ac post Trapezūs Graecanica urbs: ad quam ab Amiso nauigatio est stadiorum
 circiter CIO CIO CC. Inde Phasin usq; CIO CIO CCCC ferè. ita ut tota nauigatio a fano Chal-
 cedonio usque ad Phasidem IXX milliorum stadia impleat, nō multis uel additis uel dem-
 tis. Hanc oram maritimam legentes ab Amiso, primò ad Heracleū perueniunt promon-
 torium: inde aliud, Iasonium nomine, & Genetes. Tum Coryorum oppidum, e quo con-
 dita est Pharnacia. post Ischopolis, deserta. Sinus porro sequitur, in quo iacent Cerasūs
 & Hermonassa, oppida mediocria. Deinceps Hermonassam ppe est Trapezūs. hinc Col-
 chis. atque illic urbs quaedam Zygonopolis dicta. Equidem de Colchide, & ora maritima
 supra eam iacente diximus. Supra Trapezuntem uerò & Pharnaciam Tibareni sunt,
 & Chaldaei, & Sami qui olim Macrones dicebantur, ac minor Armenia. sed & Apaitae
 his uicini sunt locis, qui quondam uocati sunt Cercitae. Per hos transit mons asperiti-
 mus † Scydissus, qui coniungitur Moschicis montibus qui supra Colchidem sunt. Extre-
 ma eius tenet Heptacometa (quos septempaganos uertere liceat.) sequitur Paryadres, † Scordiscus
 qui usque ad minorem Armeniam a locis Sidenae & Cappadociae finitimis porrectus, or-
 rientale Ponti latus conficit. Vniuersi qui montana ista incolunt, planè sunt feri. Sed
 septempaganorum feritas omnium reliquorum superat feritatem. nam eorum quidam
 etiam in arboribus, aut turriculis habitant: quae cum Mosyni dicantur, ipsis Mosynce-
 corum appellatio inde obtigit. Carnibus ferinis, & glandibus arborum uictitant. Insidi-
 antur autem iter facientibus, in eos de suis desilientes turriculis. Septempagani etiam
 tres Pompeij cohortes conciderunt, cum ea per montes istos iter facerent. nā insani mel-
 lis crateras eis propinauerūt in itinere, quod arborum summa ferunt germina. eo poto-
 iam mente abalienatos adorti facile inter fecerunt. Horum barbarorum quidam etiam
 Byzeres fuerunt nominati. Ceterum qui nunc uocantur Chaldaei, Calybes antiqui-
 tus fuerunt nominati: penes quos potissimum Pharnacia est. Huic a mari commodat
 pelamydum captura, qui pisces ibi primū capiuntur. in terra autem ei profunt metalla,
 nunc quidem ferri, prioribus uerò temporibus etiam argenti. Omnino autem istis in
 locis ora maritima proflus arcta est. statim enim imminet mōtes metallorum pleni ac
 sylvarum: agri parum colitur. itaque uictus relinquitur metallorum fossoribus ē uenis
 eorum: mare autem uerantibus, ē piscatura, pelamydum maximè & delphinorum. qui
 dum greges piscium secantur, cōdylae potissimum, thunni, ac pelamidis: pingues red-
 duntur, ac facile capiuntur, dum escam quærentes auidius, ad terram accedunt. hi ergo
 soli concidunt delphinos, & adipem eorum copiosum ad omnis generis usus adhibent.

Hos itaque censeo à poëta uocari Halizonos, in recensitione post Paphlagonas.

Ilad. l. 363.

Duxit Halizones Odysseus, & Epistrophus una

Ex Alyba procul, argenti quâ uena secatur.

siue scriptura mutata ex Chalyba est in Alybam: siue homines isti olim Alybes pro Chalybibus dicti sunt. Neque enim nunc quidem pro Chalybibus Chaldaei potuerunt dici: quondam autem non potuerunt ex Alybibus Chalybes fieri, praesertim cum uocabula multis sint obnoxia mutationibus, maxime barbarica. Nam Sinties quidam Thraces dicti fuerunt, post Sintii, inde Sarii: apud quos Archilochus se scutum abiectisse dicit:

Nunc aliquis clypeum, quem non ego sponte reliqui

Ad uepreum fugiens, eripuit Sarius.

- 11 qui iidem nunc Sapae dicuntur, circa Abderam habitantes, et insulas apud Lemnum. Ita Bregi, Breges, Briges, & Phryges, iidem sunt, nec non Maones, & Meones. Neque est opere multa congerere talia. Sensit etiam Scepsius nomen ex Alybibus in Chalybas mutatum esse: sed sequentia & his consonantia non intelligens, praecipue ex Halizonis esse Chalybas, improbauit sententiam. Nos nostra cum illius opinione comparata, etiam aliorum considerabimus coniecturas. Quidam scriptura mutata Olizonos legunt: alij Amazones. & pro Alyba, Alopam, uel Aloam. Callipides, Hellanicus, Herodotus, & Eudoxus nugis nos onerantes, Scythas quosdam Halizonas supra Borysthenem, aliaque id genus nomina conficta perhibuerunt: Amazones quoque inter Mysiam, Cariam, & Lydiam. Ephorus eas Cume patriae suae uicinos facit. Atque id aliqua fortassis defendi ratione potest. loquitur enim de urbe quae olim ab Amazonibus condita, deinde ab Aeolis & Ionibus est instaurata. & aiunt urbes quasdam Amazonum esse cognomines, Ephesum, Smyrnam, Cumam, Myrleam. Alybe autem, aut ut alij legunt Alobe uel Alope, quod nam pacto in his locis censebitur: quomodo longinqua putabitur: quomodo argenti uenae locum habebunt? Hac ille ut dilueret, uersus istos ita legi uult.

Duxit Amazones Odysseus, & Epistrophus una

Ex Alope, pridem unde & Amazonidum genus exstat.

- Verum hac ille solutione in aliud commentum excidit, nusquam enim ibi locorum Alope exstat. & haec lectio contra ueterum librorum autoritatem ita nouata, temeritatem sapit. Scepsius neque huius opinionem uidetur probare, neque eorum qui Halizones circa Pallenam ponunt: de quibus in Macedoniae descriptione diximus id quoque dubitationem magnam habere docet, quomodo e nomadibus ad Borysthenem degentibus suppetiae uenisse Troianis credi possit. Maxime autem laudat Hecataei Milesii, & Menecratis Elaitae qui Xenocratis fuerunt discipuli opinionem, ac Palaphati. Hecataeus in terrae circuitione ita scribit. Ad Alaziam urbem fluuius est Rymus, qui per Mygdonium campum ab occasu labitur e lacu Dascylitidae, & in Ryndacum exit. aitque nunc desertam esse Alaziam. 12 multos autem Alazonum pagos habitari, quos Odysseus perfluat: in quibus Apollo studiosissime colatur, maxime inspectione Cyzicenorum. Menecrates in Hellesponti circuitione, imminere ait locis Myrleam circumiacentibus montana continentia, quae Halizones habitauerint. & duobus LL scribendam uocem, poëtam alterum metri causa omisisse. Palaphatus ait ex Amazonibus Alopen tunc, nunc Zelam habitantibus Odysseum & Epistrophum duxisse exercitum. Dignum uero sit huiusmodi laudare sententias: Nam praeterquam quod ueterem scripturam conuellunt: neque argenti metalla monstrant, ubi Myrleatis est palus: neque quomodo hinc ad Troiam profecti, longinqui fuerint, etiam si quis Alopen fuisse aut Alaziam aliquam concedat. multo enim uiciniora Troadi sunt, quam quae Epheso sunt propinqua. Et tamen eos qui Amazones apud Pygella aiunt esse, inter Magnesiam, Ephesum, & Prienam, eos nugari dicit Demetrius. uerbum enim Homericum procul isti loco non congruere. qui uero magis conueniunt Mysiae & Teuthrae propinquis. At enim mehercle aiunt quaedam Homerica ita accipi debere, ut improprie & ociose apposita, qualia sunt.

Longè ex Ascania—. &

Arnao mater nomen dederat ueneranda.

item

Ilad. l. 363.

Odys. l. 5.

Odys. p. 6.

Crassa casta manu clauem tunc Penelopea
Corripuit. —

Concedamus sanè hoc. Illa tamen non danda sunt, quibus animum aduertens Demetrius, neijs quidem probabiliter contradixit, qui putant legendum, E' Chalyba. Concedens enim quòd etsi nunc non exstans argenti metalla apud Chalybes, tamen potuerint aliquando fuisse: id non concedit, ea nobilia fuisse, & digna memoratu, item ut ferri uenas. Quid obstat, diceret aliquis, quin ut ferri, ita etiam argenti metalla celebrentur: aut potest ferri copia locum nobilitate, argenti nequeat: nisi fortè non heroum, sed Homeri demum aetate in honorem uenerit argentum. ut reprahendendus sit poëta, qui eo nomine celebrem facere uoluerit Alybam. Quomodo ergo fama hæc & opinio ad Homerum peruenit: quomodo aris in Temesa Italica: quomodo diuitiarum Thebis Aegyptijs, quæ duplo ferè tantū aberant, quantum Chaldaei: Immo necum his quidem consentit, quibus patrocinator. Nam de Scepsi patria sua scribens, prope eam & Aesepum ait esse Eneam pagum, & Argyriam, & Alaziam. quæ si sunt, utique ad fontes Aesepi sunt. At Hecataus ultra eius ostia ponit. & Palaphatus Amazones prius Alopā, post Zelāam incoluisse dicens, nihil cū istis concordans dicit. Ac ne Menecrates quidē, qui Allope ista, aut Allobe, aut quocunque modo scribi uelint, quæ sit non explicat. Ac ne ipse etiam Demetrius. Is enim hac de re disputans aduersus Apollodorum in Troiani exercitus recensione (. diximus quidem iam multa, sed & hoc dicendum est.) statuit non esse Halizonas extra Halyn intelligendum: nulla enim auxilia Troianis uenisse ex ijs quæ sunt trans Halyn regionibus. Primum ergo ex ipso quæremus qui nam sint intra Halyn Halizonas, & quid sit,

Odyss. a. 184.
Iliad. 17, 381.

Ex Alyba procul, argenti quā uena secatur.
non enim habebit quod dicat. Causam deinde iubebimus reddere, cur non concedat suppetias ex ulteriore regione missas fuisse. Nam ut reliqui omnes, Thracibus exceptis, intra Halyn sedes habuerint: nihil tamen impedit, quo minus uel soli Leucosyri trās Halyn profecti auxilio Troianis uenerint. nisi fortè belligerantes transire ex istis locis in ceteriora potuerunt, (. quod de Amazonibus, Treribus, & Cimmerijs traditum est.) opitulatum uenire non potuerunt: Atque Amazones quidem auxilium non tulerunt: quia Priamus Troianos adiuuans contra illas in bello fuerat. sic enim ait:

Inter quos socia arma tuli tunc fœdere iunctus,
Tempore Amazonides quo se ingessere feroces.

Iliad. γ. 187.

13 neque contermini istis mulieribus, neque ita longè remoti, ut inde accersendi incideret difficultas, neque hostili dissidio interueniente: nihil puto impediuit quin auxilio uenirent. Sed ne hoc quidem probabile est, omnes ueteres in id consentire. Neminem eorum qui trans Halyn habitarent, Troianis in belli societatem se adiunxisse. Et uerò in contrariam sententiam inuenire licet testimonia. Nam Mæandrius Henetos è Leucosyris profectos Troianis in bello opem tulisse ait. inde cum Thracibus auctos, sedes posuisse in Adriæ sinus angulo. eos Henetos, qui expeditioni non interfuerint, Cappadoces esse factos. Ac uidetur adstipulari huic sententiæ, id quod omnis Cappadocia quæ appropinquat ad Halyn, & ponè Paphlagoniam porrigitur: ea utroque sermonis utitur genere, uocabulisque Paphlagonicis abundat. quod genus sunt Bagas, Bialas, Aeniates, Ratotes, Zar, Tiberus, Gasys, Ologasys, Manes. quæ in Bamonitide, Pemonitide, Zagiluitide, Gazacena, alijsque multis partibus in frequentissimo sunt usu. Ipse adeò Apollodorus Zenodoti isthuc adducit, quòd scribat

Ex Heneta, mulas regio quæ gignit agrestes.

Et asserit, Henetam ab Hecatao Milesio accipi urbem Amisum. Demonstrauimus autem Leucosyrorum esse Amisum, & extra Halyn. Idem alicubi dicit, poëta Paphlagonum mediterranea tantū cognita fuisse de narratione eorum qui ista peragrassent. maritimam equè ut & reliquam Ponticam ignotam ei fuisse: alioqui nomina editurum nimirum fuisse. Contrà hoc inuertere licet, descriptione oræ maritimæ quam nunc explicauimus principij loco sumta: & pronuciari, fuisse ab eo totum litus descriptum, nihilque eorum quæ ista tempestate mentionem merebantur præteritum. Quòd autem Heracle-

am, Amastrin, & Sinopen haud nominauit, nondum conditas, mīstrum non est. neq; absurdum, quod etiam mediterraneorum quēdam non appellauit. Iam quod multa eorum non nominauit quæ ualde sunt nota, id non statim ignoratōis signum est: quare etiam suprā monuimus. Ait eum multa nobilia ignorasse, de ijs quæ sunt circa Pontum: utpote flumina & populos: quos alioqui fuerit nominaturus. Hoc de quibusdam concedi potest, quorum signa sunt admodum euidentia: ut Scythis, Mæotide, Istro. Non enim per notas descripsisset Nomades lacte uescentes, opibus carentes, & iustissimos homines, & claros equimulgos: & Scytharum, Sauromatarum, siue Sarmatarum nomen obticuisset. si tamen tum ita appellabantur à Græcis. Neque Thracum facta & Mysorum mentione, qui ad Istrum accolūt: ipsius fluuii nomen suppressisset, fluminum maximī: præsertim alioqui multus in distinguendis amnium notatione regionibus. Neque de Cimmerijs loquens, Mæotin omisit & Bosporum. Quæ uero adeo insignia aut non sunt, aut ipsius ætate non fuerunt, ea si omisit, quis eum culpet? Verbi gratia, Tanais aliam nullā ob causam quā quod limes Europæ & Asiæ est, innotuit. at neque Europam neque Asiam nominabant Homero uiuente: nec dum diuisus erat in tres continentes orbis terrarum. alioqui enim ut nimis insignes nominasset reliquas itidem, ut Africam nominauit, & ab occidua eius spirantem parte Africum. continentibus reliquis nondum diuisis, ne Tanaidis quidem opus habuit mentione. Sunt porro multa commemoratione digna, sed de quibus ei nihil succurrebat. nam & in actionibus, & in sermonibus multa sunt de eorū genere, quæ subito ad animum accidunt. Proinde ex hisce omnibus liquet, uitioso duci indicio, quicumque ex eo quod præteritum ab Homero est aliquid, ignotum id ei fuisse colligit. Est quæ in rem, pluribus exemplis demonstrare, quā prauum sit hoc signum, cū eo multi sint frequenter usi: qui hoc modo ratiocinantes refutandi sunt: etiam si uideri possimus eadem sæpius inculcare. Exempli causa, si quis dicat ignoratum aliquem ab Homero esse fluitium, ea argumento quia nomen eius non retulerit: fatuū eū loqui affirmabimus. quando ne Meletem quidem nominauit, qui animis labitur præter Smyrnā, quæ à plurimis poëtæ patria assignatur. Herium & Hyllum nominauit, Pactolum non item, qui tamē ē Tmolo delapsus, cuius meminit, in eundem incidat alureum. Smyrnæ quoque nomen obticuit, & aliarum Ionicarum urbium: cū nominet Aeolicas, Miletum, Samum, Lesbum, Tenedum. Non nominat Lethæum qui Magnesium præterfluit, neque Marfyam, qui in Mæandrum ab ipso nominatim dictum influunt: cū tamen retulerit flumina

Iliad. v. 291

Pafsim.

Iliad. 6. 869.

Iliad. 4. 20.

Refumq; Heptaporumq; Caresumq; Rodiumq;

& alia, quorum pleraq; riui modum non superant. Multas etiam regiones urbesue nominans, aliquando simul fluuios & montes refert, aliquando omittit. nam Aetoliæ quidem & Atticæ non exprimit, itemq; plures alios. quando longinquorum etiam facta mētiōe, admodum propinqua præterit. non utiq; quod ignoraret ea, nota alijs. Quin & ex æquo propinqua, alia nominās alia reticet. Ita Lycios & Solymos refert: Milyas non, neq; Paphylos, neq; Pisidas. item Paphlagonas habet, & Phryges, & Mysos: Mariandynos, Bithynos, Bebryces non habet. Amazonum meminit, tacitis Leucosyris. Syros, Cappadocas, Lycaones omisit, de Phœnicibus, Aegyptijs, & Aethiopibus sæpe loquēs. Aleium campum & Ariamā nominat: regionem in qua sunt, dissimulat. Hæc ergo falsa est reprehensio: uera, si quid ostendat poëtā falsi dixisse. at nihil tale præstitit ille, neque ausus est commentum uocare claros illos equimulgos lactiuoros. Hæc ergo Apollodoro sint responsa. nos ad historiam institutam reuertamur.

Iliad. 3. 783.

Iliad. 5. 201.

Armeniaminor.

Supra Pharnaciam ergo & Trapezuntē sunt Tibareni & Chaldæi usque ad paruam Armeniam. Ea est satis felix regio, quam, ut & Sophenam reguli tenuerunt, aliquando fœdere Armenijs iuncti, aliquando rem suam priuatim administrantes. paruerunt eis & Tibareni & Chaldæi: ita ut Trapezuntē usque & Pharnaciam eorum se ditio proferret. Mithridates Eupator potentia auctus, cū Colchidem sibi subiecit, tum isthæc omnia, Antipatro Sidide dominium ei cedente. Eam autem curam istorum locorum gessit, ut LXXV castella in ijs extruxerit, inq; ijs maximam gazam recondiderit, de quibus præcipua sunt Hydara, Basgoedariza, Sinoria, finibus maioris Armeniæ inhærens castellum

bellum, unde & Synoriam Theophanes O magno appellauit, hoc est bigas. Nam totus
 mons Paryadres multas tales habet opportunitates: cum aquæ diues sit & syluosus, ac
 præruptis conuallibus & præcipitijs passim diuellatur. Itaque hæc plurima suorum gazo
 phylaciorum condidit: atque etiam ad extremum in hanc ultimam Pontici regni margi-
 nem confugit ingruente Pompeio Mithridates, montem in Acilisena aqua præditum
 apud Dastira occupans: haud procul Euphrate, qui diuidit minorem Armeniam ab
 Acilisena. ibi tantisper durauit, dum Pompeio oblidente coactus fuit per montes in
 Colchidem, atque inde in Bosporum fugere. Pompeius ibi locorum in ipsa minore
 Armenia cōdidit Nicopolin, quæ etiamnum constat, & commodè habitatur. Enimuero
 minorem Armeniam cum alijs alij Romanorum arbitratu habuissent, ultimo loco Ar-
 chelaus tenuit. Tibarenos, Chaldaeos, usque ad Colchidem & Pharnaciam ac Trapezum
 tem possidet Pythodoris, prudens mulier & præesse rebus gnara. Filia est Pythodori
 Tralliani. Vxor fuit Polemonis, & cum eo regnauit per aliquod tempus. marito autem
 apud barbaros mortuo in Aspurgianis quiescit circa Sindicam, ipsa in regnum succes-
 sit. cumq; haberet duos & Polemone filios, & unam filiam: hæc nuptum data fuit Cotyi
 Sapæo, & per insidias eo necato uidua permansit, cum liberos ex eo haberet: de quibus
 natus maximus rerum potitur. Pythodoris filiorum alter cum matre priuatus regnum
 administrabat, alter recens Armeniæ maioris rex est creatus. Ipsa Archelao nupsit, &
 cum eo dum is in uiuis permansit uitam exegit. nunc uidua est, & possidet quæ diximus
 loca, hisq; et alia etiam uenustiora, de quibus deinceps dicemus. Est enim Pharnaciæ con-
 tigua Sidenæ & Themiscyræ. supra hæc iacet Phanarœa, Pontis partem occupans optimā. *Phanarœa.*
 nam & olei ferax est, & boni uini, & reliquas omnes habet dotes. uersus ortum ei præten-
 ditur Paryadres mons in lōgitudinem equis spacijs porrectus: ab occasu Lithrus & Ophi-
 mus. conuallis est iustæ longitudinis & latitudinis, quam perfluunt ex Armenia Lycus,
 ex angustijs apud Amastem Iris, & coeunt in media ferè conualle. ad eorum confluen-
 tes urbs sita est, quam primus conditor à se uocauit Eupatoriam. eam Pompeius cum
 semiperfectam, offendisset, agro & ciuibus additis Magnopolin appellauit. Atque hæc
 quidem in media iacet planicie. Ad ipsum autē montis Paryadris latus Cabira sita sunt, *Cabira.*
 ab ista uersus meridiem stadijs circiter ccl distantia. In Cabiris regia Mithridatis fuit ex-
 structa, & mola aquaria, & uiuaria, & in uicinia uenationes ac metalla. Ibi etiam locus
 cui nomen nouus, edita & prærupta petra minus quam cc stadijs à Cabiris. habet in
 uertice fontem, qui multum aquæ sursum eijcit. in radice fluuium, & cōuallē profun-
 dam. altitudo colli eius petræ immensa est: itaque expugnari nequit. mirabiliter muris
 cincta est, nisi quæ eos Romani deiecerunt. quidquid in orbem circa petram eam iacet,
 id syluosum omne montosum, & aquæ expers est: ut intra cxx stadia non liceat castra
 ponere. Ibi Mithridates preciosissima quæq; habebat deposita, quæ nunc in Capitolio ia-
 cent, à Pompeio dedicata. Hanc ergo regionem omnem possidet Pythodoris, contigu-
 am barbaricæ quam obtinuit, & Zelitin præterea, ac Magnopolitidem. Cum autem Ca-
 bira Pompeius in urbis formam adornasset, ac Diopolin nominasset: addidit ipsa operi
 aliquid & Augustam nuncupauit, eaq; loco regie utitur. Habet etiam templum Mensis;
 quod Pharnacis dicitur: nempe pagum oppido similem Ameriam, quæ multos conti-
 net hierodulos, atque agrum sacrum, cuius fructus pontifex percipit. Vsq; adeo autem
 id sanum reges sunt uenerati, ut iusiurandum quod regium dicitur, pronunciarent regis
 fortunam, & mensem Pharnacis. Est autem hoc quoque templum Lunæ, ut & quod in
 Albanis est, & quod in Phrygiæ, & mensis aliud in loco cognomine, & a Ascei apud An- *a infra Ascei.*
 tiocheam Pisidiæ, & quod est in agro Antiocheno. Super Phanarœam sunt Comana *Comana.*
 Ponti, eiusdem nominis cum his, quæ in magna sunt Cappadocia, eidemq; deæ conse-
 crata, atque adeo inde imitata. sed & hisdem ferè utuntur ritibus sacrorum, diuinorum in-
 stinctuum, & honoribus sacerdotum. quod maxime factum est sub priorib. regibus, cū his
 quotannis in exitu quem uocabant deæ diadema pontifex gestaret, & honore secundus
 à rege esset. Fecimus etiā supra mentionem Dorylai tactici, qui proauus fuit matris no-
 stræ. tum alterius Dorylai, qui ipsius sorore natus, Philetari fuit F. & quod hic cum alijs
 maximis honoribus ab Eupatore affectus, tum etiam Comanensi sacerdotio, depræhen-
 sus fuit.

sus fuerit, ut qui regnum ad Romanos sollicitatione defectionis cuperet traducere. Eo deiecto, nostrum quoque male audiuit genus. Serò tandem Moaphernes matris nostræ patruus illustris euasit iam sub regni Mithridatis interitum, tum rursus unà cum rege aduersam senserunt fortunam & ipse & amici eius: nisi qui à rege maturius defece-
runt, de quibus fuit auus noster maternus, qui cum regis res in bello contra Lucullum uideret successibus carere: simulque animo ob iram esset ab eò abalienato, quod is sobri-
num ipsius Tibium, huiusque filium Theophilum nuper necasset, ad ulciscendum eorum & suas iniurias animum adiecit. pactusque cum Lucullo, & fide accepta, secum xv ca-
stella à Mithridate ad ipsum conuertit: quo nomine magnificè ei pollicitus fuit Lucul-
lus. Sed huius successor Pompeius cum superuenisset, omnes qui aliqua re Lucullogra-
tificati fuerunt pro inimicis habuit propter inimicicias quæ ipsi cum eo intercedebant.
Debellatoque Romam reuersus, peruenit, ne senatus honores, quos Ponticis quibus-
dā Lucullus promiserat, ratos haberet. quod iniquum esse diceret bello alterius opera cō-
fecto, alterius in potestate præmiorum & honorum distributionem poni. Comana er-
go sub regibus ita, ut dixi, gubernabantur. Pompeius autem accepta potestate Arche-
laū pontificē creauit, adiecitque ei ad sacrum agrum per orbem duorum schoenorum, id est
stadiorum LX alium agrum, ac mandauit inhabitantibus Comana, ut Archelao parerent.
Horum ergo is princeps fuit, & hierodulorum in urbe degentium dominum, nisi quod
uendendi eos non habebat potestatem: qui hęc quoque pauciores *ΙΩΩ* *ΚΙΩ* non fuerunt.
Fuit hic Archelaus filius eius, cui à Sylla & senatu honor est habitus, amicus Gabinij ui-
ri consularis. Qui cum esset missus in Syriam, in spem uenit Archelaus se ei socium in
bello Parthico, quod ille parabat, futurum. id autem senatu Romano non permittente,
hac spe omiſſa aliam potiorem reperit. Ptolemæum Cleopatras patrem regno eiecerant
Aegyptij: regnabatque filia soror Cleopatras nati maior. Ei cum quæreretur maritus re-
gio sanguine natus: dedit se Archelaus auxiliarijs suis, simulauitque se filium esse Mithri-
datis Eupatoris. itaque receptus, sex menses regno potitus est. Sed eum Gabinij Ptole-
mæum reducens in pugna occidit. Filius sacerdotium occepit, deinde Lycomedes, cui
& *ΙΥ* schoenorum adiectus est ager. Hoc quoque deiecto, nunc pontificatum obtinet
Dyteutos Adiatorigis filijs, qui putat hunc honorem ab Augusto sua uirtute consecu-
tus. Nam cum Augustus in Triumpho Adiatorigem cum uxore & filijs duxisset, eum-
que cum maximo nati filio (is erat Dyteutus) interficere decreuisset: minor nati ad
milites qui ad cædem ducebant professus est, se esse maiorem. diuque altercati sunt fratres,
donec parentes Dyteuto persuaſerunt ut iuniori uictoriam concederet: ipsum ut ætate
prouectiorem, matri & reliquo fratri magis idoneum tutorem futurum. ita iunior cum
patre perijt. Dyteutus superſtes in hunc peruenit honorem. Nam Cæſar comperta, ut
apparet, re, iam istis necatis, ægrè id tulit: superſtitesque beneficio & tutela dignos arbi-
tratus, hoc honore affecit. Abundant Comana hominibus: estque hoc emporium ex Ar-
menia uenientibus præclarum. Conueniunt eò homines sub exitus Deæ undique ex ur-
bibus & agro, uiri & mulieres ad festiuitatem. semperque etiam alij multi peregrini cau-
sa uotorum & sacrificia deæ exhibendi gratia ibi degunt. Delicato uictu utuntur inco-
læ, & omnia ipsorum prædia uitibus sunt consita. Multæ ibi sunt mulieres corpore quæ-
stum facientes, pleræque sacræ. Nam urbs hæc quasi parua quædā est Corinthus, quod
hæc quoque ob multitudinem meretricum Veneri sacrorum plurimi peregre agebant
ac festos dies agitabant: & mercatores atque milites planè exhauriebantur sumptibus. adeo
ut prouerbum inde ortum sit,

Non cuius hominum contingit adire Corinthum.

Talia ergo sunt Comana. Circumiacens in orbem regio omnis paret Pythodoridi:
cuius sunt Phanarœa, Zelitis, & Megalopolitis. De Phanarœa dictum est. Zelitis ur-
bem habet Zelam in aggere Semiramidis exstructam, habentem Anaitidis templum,
quam & Armenij colunt. Sacrificia hinc maiori cum sanctimonia peraguntur: & iusiur-
randum de summis rebus omnes qui uersantur in rep. concipiunt. Hierodulorum multi-
tudo & honores sacerdotum, sub regibus talia fuerunt, qualia supra exposuimus. nunc
omnia sunt in potestate Pythodoridis. Multi autem adflixerunt atque imminuerunt cum sacro-
rum ser-

Archelai fortu-
na.

Fratrum caritas.

ruerunt multitudinem, tum reliquas opes. Etiam adiacens Zelitica regio imminuta est,
 diuisa in multa dominia: cuius est urbs Zela supra aggerem. Antiquitus enim non ut Zela.
 urbem, sed ut Persicorum templum deorum Zela gubernabant reges: & omnia erant in
 potestate sacerdotis. Habitat autem à multitudine hierodulorum, & pontifice, qui ma-
 gnas opes habet, & qui ad ipsum pertinent haud pauci: regio subiacet sacra & pontificis.
 Pompeius autem multas praefecturas loco adiecit, urbemque nominauit, ut & Megalopo-
 lin: hanc, & Calupenam, & Camisenam in unam contrahens urbem: confines minori
 Armeniae & Lanafenae, & fossilem habentes salem, antiquumque olim castellum Camisa,
 quod nunc est subuersum. Romanorum autem praefecti postmodo de his duabus ur-
 bibus partes alias Comanensium sacerdotibus attribuerunt, alias Zela pontifici, alias
 Teporgi cuidam regulo tetrarchici generis Galatarum. quo mortuo pars ista non ma-
 gna Romanis puincia nomine celsit. Urbs per se corpus quoddam est, contractis in eam
 etiam Caranis, unde regio Caranitis dicitur. Caetera Pythodori & Dyeutusi habent. Re-
 stat ea Ponti pars, quae est inter hanc regionem & Amisenam ac Sinopensem, perti-
 uersus Cappadociam, Galatiam, & Paphlagoniam. Proinde post Amisum usque ad Ha-
 lyn Phazemonitis est, quam Pompeius Megalopolin appellauit: & de Phazemone pa-
 go oppidum condidit, ac Neapolin dixit. Huius regionis septentrionale latus Gazelotus
 & ager Amisenus includunt: occiduum Halys, ortuum Phanaroea. reliquum nostra A-
 masensium terra, omnium multo amplissima & optima. Partem Phazemonitidis quae est
 uersus Phanaroeam, palus marina tenet, magnitudine * 14 Stiphanie, quae uocatur pis- 14
 cosa: & in orbem sunt omnis generis pascua. Impositum ei est castellum sublime, nunc de-
 sertum, nomine Cizara, ac regia pone aedificata. Reliquum solum ferè nudum est, & fru-
 menti ferax supra Amasenum agrum. Sunt thermæ Phazemonitarum, admodum salu-
 bres: & Sagylium in erecto admodumque excelsio monte, in quo acutum tendente cacu-
 men habens arcem, aqua copiosa praeditum. Id nunc negligitur: magnos autem usus re-
 gibus praeiuit. Ibi etiam captus est & interfectus à regis Pharnacis filijs Arsaces, cum res
 nouas agitarer, regnumque sibi iniussu principum sumeret. Captus est autem non ui ex-
 pugnatæ arce à Polemone & Lycomedes regibus, sed fame. nam planicie pulsus, in mon-
 tem sine apparatu confugerat. inuenit etiam aquas obthurata saxis excelsissimis. ita enim
 mandauerat Pompeius, ut deicerentur castella, neque sinerentur utilia ijs qui prae dan-
 di causa ea occuparent. Sic ergo Pompeius instituit Phazemonitidem. posteriores hanc
 quoque regibus attribuerunt. Nostra autem urbs sita est in conualle profunda ac magna, Amasia.
 per quam Iris fluuius labitur. Mirum in modum apparata est, cum prouidentia hominum,
 tum natura loci. ac potest etiam castelli usum praebere, nam petra sublimis, & circum-
 quaque praecipua ac praerupta ad fluuium pertinet, ab una parte murum habens ad ripam
 fluminis, quæ urbs est condita: altera utrinque excurrrens sursum ad uertices. duo au-
 tem sunt, inter se cognati, & muris praeclare substructi. In his moenibus regia est, & re-
 gum monumenta. Vertices autem habent ceruicem admodum angustam, utrinque quin-
 que aut sex stadiorum altitudine, quæ à flumine & quæ à suburbio adscenditur. Ab ea
 ceruice ad cacumina ipsa alius restat adscensus, stadij ferè longitudine, acutus & contra
 omnem uim tutus. ibi intus etiam aquae sursum feruntur: duabus excisis fistulis, una ad
 fluuium, altera ad ceruicem. Amni pons est instratus, unus ab urbe in suburbium, alius à
 suburbio in exteriorem regionem. nam ad hunc pontem desinit mons qui saxo superne
 imminet. A fluuio conuallis porrigitur ab initio non lata, sed deinde in latum deduci-
 tur, planiciemque efficit Chiliocomon, quasi Millepagorum. Sequitur Diacopena, & Pi-
 molisena, regio planè felix, usque ad Halyn. Haec sunt septentrionalia Amasensium regio-
 nis, longitudine ad 15 stadia. Quod sequitur, multò est longius, usque ad Babanomum
 & Ximenam, quæ & ipsa ad Halyn pertingit. haec est longitudo. Latitudo à septentrio-
 ne uersus Austrum ad Zelitam, & magnam Cappadociam usque ad Trocmos. In Xime-
 na sunt salis fodinae, unde Halyn fluuium dictum opinantur. Sunt in nostra regione mul-
 ta castella diruta, multumque soli deserti propter Mithridaticum bellum. Tota est bonis
 confita arboribus, & equis reliquoque pecori alendo comoda: & habitationibus perapta.
 Regibus Amasea quoque data fuit: nunc est prouincia. Restat ea Ponti pars, quæ extra
 Halyn.

Halyn circa Olgassyn contermina est Sinopidi regioni. Olgassys mons est admodum altus & inaccessus: habentq; Paphlagonestempla undiq; in hoc monte exstructa. Cir-
 15 cum habitatur autem solum satis bonū, Blaēna, & Domanitis, quam 15 Amnias flumen perlabitur. Ibi Mithridatis Eupatoris duces (. ipse enim non interfuit.) Nicomedis Bithyni copias deleuerunt funditus: isque cum paucis fuga domum elapsus, inde in Italiam nauigauit. Mithridates autem persequens, cum Bithyniam primo aditu occupauit, cum Asiam omnem usque ad Cariam & Lyciam. Ibi quoque urbs est condita Pompeiopolis in qua est Sandaracurgium (. officinam sandaracæ intellige.) non procul à Pimolisis, quod est castellum regium dirutum: à quo regio utrinque fluuius adiacens dicitur Pimolisenensis. Sandaracurgion mons est cauius, quem magnis fossis actis operarij subiuerunt. fiebat autem opus publicè semper, adhibebanturque ij, qui ob facinorà erant uēditi. nam præter quàm quod laboriosum est opus, lethalem etiam atque intolerabilem ferunt esse aërem in fodinis illis, ob grauem glebarum odorem: ut corpora morti celeri sint obnoxia. Itaque sæpe omissum est opus, quod emolumento careret. cum plures ducentis essent operarij: continenter autem morbis & exitijs consumerentur. Hæc ergo de Pon-

*Paphlagonia
mediterranea.*

to lini dicta. Post Pompeiopolin sequitur Paphlagonia mediterranea usque ad Bithyniam, itinere uersus occasum instituto. Eius, quantum uis exigue, multi fuerunt ante nostram ætatem domini. Nunc Romani tenet, quia stirps regia defecit. Partem, quæ Bithyniæ est contermina, Timonitem uocant Gezatorigis, Marmolitæ, Sanisenam, Potami-
 * am seu fluuialem. fuit & Ciništena, in qua Ciniata castellum munitum, Olgassys montanis subiectum: qua arce belli usus Mithridates, is qui Ctistes, id est conditor, usurpatus fuit, Pontidominus est factus. durauit successio posterorum eius usque ad Eupatorem. Vltimus Paphlagonie rex fuit Deiotarus Castoris filijs, cognomento Philadelphus, Morzeos regiam habens, & Gangra oppidulum simul ac castellum. Eudoxus fossiles esse pisces in Paphlagoniæ siccis locis dicens: locum non exprimit in humidis locis circa Aseanium lacum sub Cio idem fieri dicit, nihil apertè scribens. Quoniam uerò confinem Ponto Paphlagoniam exposuimus, quam uersus occasum attingit Bithynia: hanc etiam conabimur describere. nouo deinde ab his duabus regionibus sumto initio, attexemus quæ meridiem uersus ab his ad Taurum usque sita iuxta Pōtum & Cappadociam æqualibus interuallis porriguntur. nam hunc ordinem ipsa locorum diuisio & natura nobis præscribit.

Bithyniæ descriptio.

Bithyniam ab ortu definiunt Paphlagones & Mariandyni, atque Epictetorum quidam. à septentrione Ponticum mare ab ostijs Sangarij usque ad fauces intra Byzantium & Chalcedonem. ab occasu Propontis. à meridie Mysia, & Phrygia quæ eadem & Epictetus & Hellespontica dicitur. In ore Ponti Chalcedon sita est Bithyniæ urbs, condita à Megarensibus. & pagus Chrysopolis, ac fanum Chalcedonenisum. Habet ea regio paulo supra mare fontem Azaritiæ, qui Crocodilus paruos alit. Chalcedonicum litus subsequitur sinus Astacenus, pars Propontidis, in quo Nicomedeia sita est, nomen habens à conditore suo, aliquo Bithyniæ rege. multi autem eodem sunt usi nomine, ut & Ptolemy, ob gloriam principis. Fuit in eo sinu etiam Astacus, è Megarensibus, & Atheniensibus condita, & à Dædalso instaurata, unde sinui nomen. eam Lysimachus deleuit: ciues Nicomediam traduxit urbis eius autor. Astaceno sinui alius est contiguus, maxime uersus ortum solis penetrās, in eo Prusa est, quæ olim Cius dicebatur. Cium euertit Philippus Demetrii filius, Persei pater: deditq; aream Prusiæ Zelæ F. qui in ea evertenda ipsum iuuera, & Myrleam uicinam urbem Prusiæ. Is Prusias has urbes è ruderibus excitatas, Cium Prusiadem à se, Myrleam ab uxore Apameam denominauit. Hic est qui Annibalem recepit, cum is ad ipsum post Antiochi cladem ueniret: & ex pacto Attalici Phrygia ad Hellespōtum sita decessit: quam priores paruam, hi Epictetum, quasi adquisitam dixerunt. Supra Prusiadem mons est, Arganthonius nomine. Ibi fabulæ tradunt Hylam Herculis sociū, qui Argo naui cum eo uectus fuit, dum aquatum exit, raptum fuisse à nymphis. Cium uerò, ipsum quoque de socijs Herculis unum, reuertentem à Colchis, urbem sibi cognominem isthic condidisse. Et nunc quoque apud Prusienses festiuitas quadam celebratur & montes cum thiasorum choro conscenduntur, Hylasque uocatur:

uocatur: quasi si ad eum requirendum in sylvas iuissent. Prusenses, quod remp. suam amice Romanis gessissent, libertatē sunt consecuti. Apameam colonia deducta est. Prusia ad Olympum Mysie posita est urbs, quę legibus bonis gubernatur, Phrygibus Mysieq; finitima, condita à Prusia qui bellum contra Crœsum gessit. Difficile est distinguere fines Bithynorum, Myforum, Phrygum, Dolionum circa Cyzicum, Mygdonum, & Trœum. quamuis in confesso est gentes istas à se inuicem esse diuidendas. Ac de Phrygibus quidem & Mysi etiam prouerbiū fertur,

Myforum sunt seorsim fines, & Phrygum:

definire autem eos difficile est. Causa est quod aduenæ milites erant & barbari, neq; constanter occupatam possidebant terram, sed ferē uagabantur, eijsiebantq; & eijsiebantur. Omnes istos populos Thraces esse existimauerit aliquis: quod & oppositam hī continentem tenent, neque magna inter eos uictus cultusq; est diuersitas. Tamen quantum coniectura licet consequi, Mysiam possis medio loco ponere inter Bithyniam & Aesepi ostia, quæ ad Olympum ferē totum pertineat. In orbem autem sitam circum esse Epietum in mediterraneis, quæ nusquam mare attingat, sed usque ad orientales porrigitur partes Ascaniæ cum paludis tum regionis. nam communī cum palude nomine etiam regio appellabatur: cuius pars Phrygia erat, alia Mysia: sed Phrygia longius à Troia aberat. Atque ita etiam accipienda sunt Homeri carmina.

Phorcys ducebat Phrygas, Ascaniusq; superbus

Vsque ex Ascania procul.—

Iliad. 6. 862.

nimirum Phrygia: cum alia sit propior Mysia ad eam quæ hodie est Nicæa. cuius meminit his uersibus.

Palmyr, Ascaniumq; Moryn genus Hippotionis

Ascania auxilio quos miserat u' ere gleba. item.

Iliad. v. 792.

Mysis, depugnant qui commi. s, imperitantem.

Mirum autem uideri non debet, quod Phrygum ducem quendam facit Ascanium, & qui ex Ascania uenerit. Frequens enim apud eum est nominum ambiguitas à fluuijs, paludibus & locis. Aesepum quidem Myforum limitem facit ipse Homerus. cum enim montibus adiacentem Troiæ partem exposuisset, Aenæe parentem, quam Dardaniam appellauit: ponit deinceps à septentrione Lyciam sub Pandaro, in qua esset Zelsa. sic scribens:

Quiq; Zelsan habent imæ radice sub Idæ

Aphneij, atque bibunt nigri latices Aesepi.

Iliad. 6. 824.

Troës.—

subiacet autem Zelsæ ad mare. Ad Aesepum ac deinde Adrasteæ est campus, Teria, Pitya, & omnino Cyzicena regio ad Priapum, quam postea ordine refert. inde reflectens oriētalia cōmemorat & ulteriora. quo ostēdit se finem Troadis existimare septētrionalē & ortiuū ea quæ ad Aesepum pertinet. Enim uerò Mysia & Olympus post Troadem sunt. Ac uetus quidem memoria talem gentium dictat situm. Recentiores autem mutationes pleraque inuerterunt. alijs aliās obtinentibus regiones, & alia confundentibus, alia diuellentibus. Nam Phryges ista occupauerunt loca, & Mysi post Troiæ excidium. deinde Lydi, ac post hos Aeolenses & Iones secundum hos Persæ, mox Macedones. denique Romani, sub quibus iam & linguam & nomina amiserunt pleriq; noua quadam regionum instituta diuisione. cuius potiorē cenſeo habendam rationem in recensendo præſenti ſtatu, antiquitate interim mediocriter obseruata. In Mediterraneis Bithyniæ * Bithynium est, supra Teium situm, & habens regionem circa Salonem, ubi optima sunt bouum pascua, unde Salonites caseus. Tum Nicæa, primaria Bithyniæ urbs, ad Ascaniam paludem: quæ urbs ambitur campo magno, & admodum secundo, sed per æſtatem non admodum salubri. Hanc Antigonius primū condidit, Philippi fil. & Antigoniam nominauit. deinde Lysimachus, qui eam ab uxore Nicæam appellauit. ea Antipatri fuit filia. Urbs ipsa quadrata est, ambitu ſtadiorum xvi. Habet etiam gymnasium in campo quatuor portis apertum, & ad angulos rectos ita uici sunt constituti, ut qui in medio lapide gymnasij consistit, is portas quatuor omnes uideat. Paululum supra Ascanium lacus.

cum.

cum Otroëa est oppidulum, in finibus Bithyniæ, iam uersus orientem. arbitrantur sic ab Otroëo dictam. Enim uero Mysos Bithyniam inhabitasse, primum Scylax testatur Coryandrensis, circa Ascanium lacum habitare inquit Phryges & Mysos. Deinde Dionysius, qui de origine urbium scripsit, fauces quæ inter Chalcedonem & Byzantium sunt, ac Thracicus nunc uocantur Bosporus, ante ait Mysium Bosporum fuisse appellatas. quod ipsum testimonio esse potest, Thracicam gentem fuisse Mysos, sed & Euphorio dixit
— Ascanij prope flumina Myfi.

& Alexander Aetolus:

Sedes Ascanios ad latices habitant
Ascaniæ sub labra paludis. ad illa Dolion
Sileno natus uixerat & Melia.

Quæ hoc ipsum euincunt testimonia, cum alibi Ascanius lacus nullibi quam hic inueniatur. Viri ob doctrinam memorabiles exstiterunt in Bithynia, Xenocrates philosophus Dionysius dialecticus, Hipparchus ac Theodosius & filij eius mathematici, Cleophanes Myrleanus rhetor, Asclepiades Præsiensis medicus. Versus austrum Bithynis sunt Myfi circa Olympum degentes, quidam Olympios, alij Hellepontios nominant: tum Phrygia Hellepontia. Paphlagonibus Galatæ: & utrisque uersus meridiem magna Phrygiæ, & Lycaonia, usque ad Taurum Cilicium ac Pisidicum. Quoniam uero quæ Paphlagoniam attingunt, ea Ponto & Cappadociæ adiacent & gentibus quas iam peragrauimus: instituto nostro conueniens fuerit his quoque uicinas partes describere ac deinde quæ sequuntur regiones demonstrare. Galatæ ergo Paphlagonibus uersus meridiem sunt. Tria Galatarum habentur genera. quorum duo à ducibus nomen habent, 17 Trocmi, & Tolistobogij, tertium à Celtica gente Tectosages. Hanc regionem Galatæ occupauerunt, cum diu uagati incursionibus Attalicorum regum Bithynorumque ditionem uexassent, tandem ab ijs uolentibus acceperunt eam terram, quæ nunc Bithynia & Gallogræcia dicitur. Princeps traiectionis horum in Asiam præcipue existimatur fuisse Leonorius. Cum autem sint tres gentes eadem utentes lingua, & alijs quoque in rebus nihil differentes: quamuis earum in quatuor diuiserunt partes, & tetrarchiam nominauerunt, quæ suum haberet tetrarcham, & iudicem unum, unum exercitus præfectum (sic Stratophylacem uerto.) tetrarchæ subditos, ac duos stratophylacum uicarios. Duodecim tetrarcharum concilium, uiri erant ccc. ij conueniebant in locum, cui nomen Drynameto. ij de eade iudicabat. reliqua tetrarchæ, & iudices, Quondam ergo, ita erat constituta Galatia. Nostra ætate in trium, deinde duorum, tandem unius uenit potestatem Deiotari, cui successit Amyntas. nunc Romani & hanc, & quæ Amyntæ fuit tenent

Trocmi. prouinciam. Trocmi Ponto & Cappadociæ confinia possident: optima eorum quæ habent Galatæ. Tria ipsis sunt castella muris cincta. Taurum emporium istorum locorum. ubi louis est colossus, & sacer locus, unde fontem abduci est nefas. Mithridatium, quod Pompeius à Ponto auulsum Bogodiatore dedit. tertium Danala, ubi Pompeius & Lucullus conuenerunt: cum ille ad successionem belli ueniret, hic imperium ei traderet, atque ad triumphum abiret.

Tectosages. Tectosagum regio magnam Phrygiam attingit, quæ Pessinus est & Orcaoryci. horum castellum fuit Ancyra, eiusdem nominis cum oppidulo Phrygiæ quod uersus Lydiam apud Blandum est.

Tolistobogij. Tolistobogij contermini sunt Bithyniæ & Phrygiæ quæ Epictetus dicitur. castella eorum Blucium & Peium. quorum alterum regia fuit Deiotari, alterum gazæ adseruandæ destinatum. Pessinus emporium est in ijs regionibus, maximum habens templum, summaque cultum religione matris deorum, quam Angidistin appellant. Sacerdotes antiquitus reguli quidam erant, fructum magni sacerdotij percipientes. nunc eorum quidem honores ualde sunt attenuati: emporium tamen constat. Locus sacer ab Attalicis regibus magnifice est exornatus templo, porticibusque albi lapidis. illustre id fanum Romani fecerunt, cum inde simulacrum deæ acciuerunt Sibyllæ oraculo moniti: ut & Aesculapij ab Epidauro. Mons urbi imminet Dindymum, unde Dindymene dicitur dea, ut à Cybelis Cybele. Propè Sangarius fluuius defluit. Ad hunc sunt antiqua Phrygum domicilia, Mide, & eo prioris Gordij, aliorumque nonnullorum: ne uestigia quidem seruantia urbium, sed pagi alijs paulo maiores.

maiores. De his est Gordium, & Gorbŭs regia Castoris Saocondarij: quem ibi, & uxorem eius filiam suam Deiotarus trucidauit, castellamq; diruit, & maximam pagi partem euastauit. Post Galatiam uersus meridiem est Tatta paulus ad magnam sita Cappadociam apud Morimenam, pars magnæ Phrygiæ: & contigua huic regio usque ad Taurum, cuius maximam partem Amyntas tenuit. Tatta salis est natura suapte concrescens palus. atque ita facile concreuit aqua eius ad quamuis rem immerſam: ut demisso circulo e funiculis facto etiam salis corollam inde extrahant. & aues si aquam alis attingant, statim decidant ob salem quo eæ concreſcunt. Est ergo Tatta, tum loca circa Orcaorycos, *Lycaonia.* & Pignisum. inde Lycaonum colles plani, frigidi, nudi, & asinis syluestrib. compascui. aquarum ibi magna penuria: atque ubi inuenitur aqua, profundissimi omnium sunt putei, ut Soattris, ubi etiam uenditur aqua. est is pagus oppidi instar apud Garlabora. & tamen ista regio quantumuis aqua carens, mirum in modum oues nutrit, lanæ asperæ: e quibus quidam amplissimas sunt consecuti opes. & Amyntas ultra ccc greges ijs in locis habuit. Sunt & paludes, maior Coralis, minor Trogitis. Circum isthæc loca Iconium est oppidum probe conditum, agro feliciore quam is quem diximus onagros pascere. possedit Polemo. Ad hæc loca iam Taurus accedit Cappadociam & Lycaoniam distinguens à Cilicibus suprâ iacentibus, qui Trachæotæ ab asperitate regionis dicuntur. Lycaonum & Cappadocum est limes quod interfacet Coropassum Lycaoniæ pagum, & Gareathyra Cappadociæ oppidulū. horum castellorum interuallum est ad cxx stadia. Lycaoniæ etiam est etiam Isaurica ad ipsam Taurum. tum Isauria quæ duos habet pagos *Isauria.* cognomines. ueterem nominant Euercem. his suberant etiam alij complures pagi, prædonum omnes domicilia. Exhibuerunt hi Romanis negocium, & P. Seruilio, qui cognomen Isaurici inde retulit, à nobis uisus. Is & Isauriam Romanis subegit, & plerasque piratarum munitiones excidit, quæ ad mare erant. In latere Isauriæ est Derbe, sedes Antipatri Derbæi, maximè ad horrens Cappadociæ. Huius fuerunt etiam Laranda. Mea ætate & Isaura & Derbâ habuit Amyntas, cum Antipatrum illum Derbaum per insidias occidisset. idem Isaura quoque de Romanis accepit. quin & regiam sibi isthic condidit, anti-qua Isauria euerſa. cumq; eodem in loco nouum moliretur murum, ad finem opus non perduxit: sed eum Cilices per insidias interceptum occiderunt, cum in Homonaden *Amyntas.* ses impressionem fecisset. Cum enim Antiochiam Pisidiæ conterminam haberet, & usq; ad Apolloniadem Apameæ Ciboto confinem, ac quadam ad montium latus pertinentia, nec non Lycaoniam: conatus est eos excindere, qui e Tauro in istam regionem, quæ Phrygiæ erat ac Ciliciæ, excursionses facitabant. Itaque multa cepit castella nunquam ante expugnata. de quibus etiam Cremna fuit. Sandaliū autem ne tentauit quidem ui, situm inter Cremnam & Sagalassum. Cremnam colonia Romanorum occupauit. Sagalassus sub eo Romanorum est præfecto, qui Amyntæ regnum gubernat uniuersum. *Pisidia.* abest ab Apamea unius diei iter. ab arce in urbem descensus est fere xxx stadiorum. vocatur etiam Selgeſſus. eam urbem Alexander quoque cepit. Ceterum Amyntas Cremna capta cum in Homonadenſes expeditionem fecisset, qui maximè putabantur inexpugnabiles, & iam pleraque loca cepisset, ipsorum quoque tyrannum sustulisset, dolo uxoris eius captus periit. Ipsos autem Cyrinius fame expugnauit, ac quatuor millia ui-
rorum cepit uiuos, inq; uicinis collocauit urbibus, regione uacua hominum uigentis æ-
ui relicta. Est etiam in summis partibus Tauri & præcipitijs ac fere inaccessis in medio ca-
uitas, & campus bonæ glebæ, in conualles aliquot diuisus. eum colentes habitabant in
supernè imminentibus supercilij ac spelunca. plerunque autem in armis degebant, &
incurſabant alienum solum, cum ipsorum montibus tanquam muris muniretur. Con-
tigui his sunt cum reliqui Pisidæ. tum inter eos nobilissimi Selgenſes. Maior Pisidarum
pars, extremitates Tauri montes tenet. quidam etiam supra Siden & Aspendum Pam-
phylia urbes incolunt terrestres colles, oleis omnes consitos. Supra hos omnia iam
montosa Catennenses, finitimi Selgenſibus & Homanadenſibus. Sagalassenſes autem
introrsum ad Miliadem. Artemidorus Pisidiæ urbes numerat Selgam, Sagalassum, Pet-
nelissum, Adadatem, Briadem, Cremnam, Pityassum, Ambladum, Anabura, Sinda, A-
arassum, Tarbassum, Termessum. Horum alij planè sunt montani, alij utrinque usque ad

radices montium pertinent, uersus Pamphyliam & Milyadem, finitimi Phrygibus, Lydis, & Caribus. quæ gentes quanquam uersus septentrionem habitant, omnes tamen sunt pacificæ. Pamphyli, qui ualde sunt nationis Ciliciæ participes, non prorsus à prædationibus abstinere, neque patiuntur uicinos quietè uiuere: quanquam radices Tauri austrinas accolant. Phrygibus accedunt & Carix Tiaba, Sinda, & Amblada: unde Ambladense uinum, curationibus medicis utile. Pisidæ montani ferè per tyrannorum dominia, ut & Cilices, diuisi ad latrocinia sunt condocefacti. & aiunt antiquitus ijs permixtos Leleges, homines errabundos, ob similitudinem morum unà cum ipsis uictitasse. Selge urbs ab initio est condita à Lacedæmonijs, atque etià antè à Calchante. deinde constitit ob bonam reip. formam, ita ut aliquando etià xx uirorum millia habuerit. Mirabilis est eorum locorum natura. Nam in summis Tauri montanis regiò est multis hominũ millibus alendis sufficiens, ualde ferax frugum: ut & oleas multis in locis producat, & bonas uites, omnisq; generis pecori pascendo sufficiat. Suprà in orbem syluæ sunt omnigenæ materię. Plurimus apud eos Styrax nascitur, arbor non magna, sed recta: unde & styracina fiunt iacula, corni hastilibus similima. In harum truncis arborum nascitur genus quoddam uermis ligna comedentis. Is uermis cùm ad superficiem usque excedit lignum, initio furfuribus aut ferramentis simile quoddam ramentum effundit, cuius acruus ad radicem coit. postea liquor quidam destillatur, qui in modum gũmis facillè concreuit. huius liquoris partes quæ in scobem radici adlitæ is deferuntur, cum hac & cum ipsa terra permiscuntur: nisi si quid maiorem in modum concreuit, itaq; purum permanet, quod autem in superficie trunci hæret per quem defluit, id concretum purumque existit. faciunt etià è non puro quidpiam ligno admixtum & terræ, odoratius puro, sed ui inferius, quod tamen fallat plerosque uulgo. Eo ad suffitum utuntur superstitiosi plurimo. Laudatur etià Selgicæ iris, & unguentum ex ea. Habet & adscensus paucos quosdam circa urbē & Selgæ regionis montana: quæ regio plena est præcipitiõũ & angustarum uallium, eas efficiunt cùm alijs amnes: tum Eurymedon & Cestus à Selgicis montibus in Pamphyliam prolabentes mare. Itinera quæ sunt, ibi pontibus iunguntur aluei propter arduitatē locorum Selgenses neque antè, neque post sub alijs fuerunt. sed cùm suæ ditionis fructus securè perceperunt: tum de inferiore quæ & in Pamphylia est & intra Taurum perpetua contra reges sustinuerunt certamina. cum Romanis uerò pactis quibusdam conditionibus, eam obtinuerunt. missis quoque legatis ad Alexandrum, imperata se ut amicos facere significauerunt. nunc prorsus subditi sunt Romanis, censenturq; in prouincia quæ Amyntæ paruit.

Phrygia & Mysia descriptio.

Bithynis autem uersus meridiem (ut docui.) contermini sunt, qui circa Mysium Olympum incolunt, cognomine Mysi & Phryges. Harum gentium utraque duplex est. Nam Phrygia alia uocatur magna, cuius rex fuit Midas, & cuius partem Galatæ occupauerunt. alia parua, quæ Hellesponto imminens, circa Olympum est, & Epictetus dicitur. Itidemq; Mysia alia est Olympica, Bithyniæ contigua & Phrygiæ Epicteto: quam Artemidorus ait coloniam esse Mysorum transstrum habitantium. alia est circa flumen Caicum, & Pergamenem, usque ad Teuthraniam & Caici ostia. Hæc uerò inuicem ita permutata sunt (quod & aliàs indicauimus.) ut regionem quoq; circa Sipylũ ueteres Phrygiam dixerint: incertum maioris ne partem, an minoris. unde etiam Tantalum Phrygem appellarunt, & Pelopem, & Nioben. Vtro res habeat modo, perspicua est mutatio. Pergamena enim & Elaitis, per quam Caicus elabitur, & his interiacens Teuthrania, ubi Teuthras ille fuit, & Telephi nutritio: medio sunt loco inter Hellespontum & Sipylum ac ei substratam Magnesiam. Itaque, sicut ostendimus, difficile est distinguere Fines seorsim Mysorum, & fines Phrygum.

Iliad β. 864.

Lydi quoque & Mæones, quos Meonas Homerus dixit, cum his atque inter se confunduntur, alijs eosdem, alijs diuersos dicentibus. Præterea Mysos alijs Thraces, alijs Lydos faciunt. Atque hi quidem causam ex antiquitate repetunt, quam litteris mandarunt Xanthus Lydus, & Menecrates Elaita. qui & rationem nominis Mysorum reddunt, quod Lydorum lingua arbor oxya mysus uocatur, quæ iuxta Olympum copiosa nascitur, ubi expositos aiunt fuisse decimatos, quorum progenies sint Mysi, sic à myso arbore dicti.

dicti. Astipulari etiam linguam aiunt, mixtam ē Phrygia & Lydia. Ac Mysos aliquan-
 diu circa Olympum habitauisse. cum autem Phryges ē Thracia traiecisset, ceperūt Troia
 & uicinā principem. eos quidem hac confedisse: Mysos autem ad fontes Caici prope
 Lydiam. Patrocinator his fabulis cum confusio istarum gentium, tum terrā quā intra
 Halyn est felicitat, maximē orā maritimā. quā in causa fuit, ut regio subinde ac undi-
 quaque à trāsmārinis inuaderetur, aut etiam uicini mutuō se impeterent. Maximē qui-
 dem tempore belli Troiani & postea incursiones istae atque migrationes sunt factae: cum
 simul & barbari & Graeci ad occupandum alienam tellurem sedarent. sed tamen etiam
 ante Troianum bellum talia acciderunt. Nam & Pelasgorum fuit gens, & Cauconum, &
 Lelegum. quas dictum est antiquitus uarias Europae partes peruagari Solitas. & Home- *Iliad. 8. 840.*
 rus auxilium Troianis tulisse hos dicit non trans aquam profectis. & quae de Mysis ac
 Phrygibus dicuntur, antiquiora sunt rebus Troianis. Iam duplices Lycii, innuere uiden- *Lycia.*
 tur unicam gentem: ut uel Troiani, uel qui ad Cariam sunt, alteri ab alteris sint propaga- *Solymi.*
 ti. Quod idem fortasse etiam Cilicibus usu uenit. nam & hi sunt gemini. Neque nobis
 licet testimonium aliquod proferre, quo asseruamus eos qui nunc sunt Cilices, ante bel-
 lum Troianum fuisse. ac Telephum existimari potest ex Arcadia cum matre uenisse.
 quam cum Teuthras exceperat atque uxorem duxisset, Telephum huius filium habi-
 tum, in regnum Mysorum successisse. Sed & Cares cum olim fuissent insulares, itemq; Le-
 ges, continentem habitare receperunt auxilio Cretensium. Iidem Cares Miletum con-
 diderunt, conditore à Cretensibus accepto Sarpedone. Quin & Termilas condiderunt
 in ea quae nunc dicitur Lycia. quos ē Creta colonos duxisse aiunt Sarpedonem Minois
 & Radamanthys fratrem: & nomen Termilarum posuisse ijs, qui 19 Milya nunc dicun- *19*
 tur, ut ait Herodotus, & ante Solymi fuerunt appellati. superuenisse deinde Lycum Pan-
 dionis F. & Lycijs de se nomen iisdem fecisse. Haec historia Lycios cum Solymis eosdem
 facit. Homerus distinguit: siquidem Bellerophontes ē Lycia profectus

—Solymis arma intulit acribus—

Iliad. 8. 184.

& Ilandrum item eius filium Mars interfecit,

Aduersus Solymos illustres arma ferentem.

Mox.

Sed & Sarpedonem Lycium indigenam idem pronunciat. At uictoriae praeuium fir-
 misse propositum publicum praestantia regionis * * multa confirmant: etiam post *
 bellum Troianum, quando etiam Amazones isto tempore notae fuerunt. cum & Pria-
 mus contra eas bello suscepto interfuisse dicatur, & arma in eos uertisse Bellerophontes. *Iliad. 7. 189.*
 Vrbes etiam memorantur antiquitus Amazonum cognomines. Iam in Iliaco campo *Iliad. 8. 186.*
 tumulus fuit,

Quem sanē Batisam mortales uocitabant:

Diu uelocis monumentum uerō Myrinae.

Iliad. 8. 814.

hanc Myrinam ferunt unam fuisse de Amazonibus: argumentum ab origine uocis
 ducentes adiectiuā. equienim euscarthmi ob uelocitatem dicuntur: Myrina polyscarth-
 mos ob aurigationis celeritatem, unde loco nomen. Idem ob praestantiam euenit eti-
 am insulis uicinis. De quibus Rodum & Cōn ante Troiani etiam belli tempus à Græ-
 cis fuisse habitatas, de Homeri testimonio liquet. Post bellum Troianum Græcorum *Iliad. 8. 655 &*
 migrationes, tum Trerum, Cimmeriorum, Lydorum, Persarum deinde, Macedonum, *677.*
 & ad extremum Gallorum irruptiones, conturbauerunt omnia atque confuderunt. Ob-
 securitatis uerō causam non mutationes duntaxat praebuerunt, sed & scriptorum dissen-
 sio, de iisdem non eadem dicentium. qui Troas appellant Phryges, ut & tragici, & Cares *Troia.*
 Lycios. Troes autem ita aucti ab exiguis inijs, ut etiam regum essent reges, quarendi *Troes.*
 occasionem poëtae eiusque interpretib. exhibuerunt, quae nam sit dicenda Troia. Com-
 muniter enim omnes eos appellat Troas, qui Troianis in bello adfuerunt: ut & hostes
 uno nomine Danaos atque Achiuos. neque tamen, puto, Troiae uocabulo accipiemus e-
 tiam Paphlagoniam, aut Cariam, aut ei finitimam Lyciam: Id respicio, ut cum dicit,

Cum clamore ibant Troes, fremituq;—

Iliad. 7. 2.

& de hostibus eorum.

Ast ibant taciti spirantes robur Achai.

ibid. 8.

Q 2 & aliās

& aliâs sepe eodem modo. Tamen, quanquâ ita hæc habent, conadum est, ut singula quo ad fieri potest discernamus. cumquâ aliquid ueteris historiæ nos subterfugeret, eo omisso (nequâ enim in eo uertit geographiæ officium.) præsens status explicandus est. Supra Propontidem duo sũ sunt montes, Olympus & Ida. Olympo subiâcet Bithynia, inter Idam & mare sita est Troia, montem attingens. De hac & ei contiguis meridiem uersus, postea dicemus. nunc de Olympenis, & quæ deinceps ad Taurum usque paribus spatiis iuxta ante descriptas regiones porriguntur, uerba nobis sunt faciendâ Olympus mons est, in cuius circuitu non habitat. in summitatibus autem ingentes habet syluas, & loca natura munita, ac recipiendis prædonum turmis apta. quæ sæpe à tyrannis occupantur diu durare ualentibus. Qualis fuit nostro tempore Cleo prædonũ dux, oriundus Gordo pago, quem auxit deinde, urbemquâ fecit, ac Iuliopolin denominauit. is ab initio arce ac receptaculo, usus est robustissimò castellorum, nomine Callydio. Et multum sanè profuit Antonio, eos qui pecuniam Labieno Asiæ præfecto colligebant inuadens, atque apparatus impediens. Adriaco autem bello defecit ab Antonio, & Cæsaris legatis se adiunxit, ac maiores quàm quibus dignus esset honores repperit. Nam ad ea quæ Antonius dederat, alia Cæsar adiecit, ut iam pro latrone speciem reguli gereret: sacerdos factus Iouis Abretteni, qui Mysiorum est deus, & Morenæ (quæ itidem ut Abrettena Mysiæ est pars, portione donatus. demum etiam Comanense in Ponto sacerdotium ei obigit: quod cum adisset, intra mensem uita decessit, morbo extinctus acuto. siue in eum aliâs incidit ex nimia repletione: siue (ut templi ministri aiebant.) ira deæ. Etenim in circuitu templi & pontificis est, & antistitiæ habitatio ipse sacer locus præter reliquam sanctimoniam apprimè purus est à suillarum esu carniũ: atque adeo in ipsam urbem porcus intromittitur nullus. quem morem ille primo statim aduentu uiolauit, latronis ingenium declarans: ut qui non pontifex, sed sacrorum corruptela eò uenisset. Olympus ergo talis est. Versus septentrionem accolunt eum Bithyni, Mygdones, Doliones. reliquum habent Mysi & Epictæri. Dolionas uocant potissimum qui circa Cyzicum sunt ab Aesepo ad Ryndacum usque, & Dascylitidem paludem. Mygdonas, qui deinceps usque ad Myrleanum agrum. Supra Dascylitidem aliæ duæ sunt paludes, Apolloniatis & Miletopolitis. ad Dascylitidem urbs est Dascylum: ad Miletopolitidem Miletopolis: ad tertiam Apollonia quæ uocatur ad Ryndacum. pleraque istorum nunc Cyzice ni habent. Insula in Propontide est Cyzicus, duobus pontibus continenti adiuncta, uirtute præstans admodum, ambitu ad 15 stadia. urbem eiusdem nominis habet ad ipsos pontes, duosquæ portus qui claudî possunt, & naualia complura. pars urbis in plano est, alia monti adiacet. mons Vrsorum mons dicitur. supra hunc est alius, Dindymum, uno cacumine. in eo monte fanum est Dindymenes deorum matris dedicatum ab Argonautis. Hæc urbs comparari potest cum principibus Asiæ urbibus. ob magnitudinem, pulcritudinem, & legum bonitatem, bello pacique iuxta accommodata. uideturquæ ipsdem ornamentis prædita, quibus Rodiorum, Malsiliensium, Carthaginensiumquæ urbes antiquitus fuerunt decorate. Pleraque hæc prætereo. Tres ea ciuitas habet architectos, qui curam gerunt ædificiorum publicorum & instrumentorum. tria etiam armamentaria: unum armorum, alterum machinarum, frumenti tertium: quod à putredine defendit adiecta Chalcidica. Mithridatico bello utilitatem huius apparatus demonstrauerunt. Cum enim de improviso inuasisset eos rex peditum et millibus, magnoquæ equitatu, & oppositum montem, qui Adrastea dicitur, occupasset, ac suburbium, deinde etiam ad ceruicem quæ supra urbem est castra transulisset, & terra urbem oppugnaret ac mari nauibus ceco: ita hæc omnia sustinuerunt Cyziceni, ut parum etiam absuerit quin ipsum Mithridatem caperent uiuum in cuniculo, quem is fodiebat: cum ipsi alium ex aduerso agerent. euasit tamen, cum re obseruata se e cuniculo subdixisset. serò Lucullus Romanorum imperator effecit, ut præsidium in urbem mittere posset. Profuit etiam urbi pestis in tanto regis exercitu coorta: quam cum non præuidisset ille, multis suorum amissis discessit. Romani Cyzico honorem habuerunt. estquæ etiamnum libera, multumquæ habet agri, partim antiquitus, partim dono Romanorum. nam & Troadis partem habent trans Aesepum quod est ad Zelsam, & campum Adrasteæ: & Dascylitidem lacum partim

tim Byzantiij habent, partim Cyziceni. hi ad Dolionidem quoque & Mygdonidem multis fruuntur, usque ad Miletopolitidē & Apolloniatidem paludem. Per has regiones Ryndacus labitur fluuius, ortus in Azanitide. recipiensque ex Abrettena Mysia cum alios tum Macestum ab Ancyra Abasitidis fluentem, in Propōtidem exit apud Besbicum insulam. in hac mons est Cyzicenorum, nomine Artace, arboribus probe confitus: & insula eiusdem nominis ante eum iacet, & promontorium quod Melanos dicitur. id præteruehuntur qui à Cyzico Priapum nauigant. At Epicteti Phrygiæ sunt Azani, Na-^{Epictetus.} colsa, Cotyæsum, Midaïum, Dorylæum urbes, & Cadi: quam Mysie alij adscribunt. My-^{Mysia.} sia in mediterraneis ab Olympena ad Pergamenam est porrecta, & campū Caici dictum ita ut sit sita inter Idam, & Catakekaumenā, hoc est combustam siue Myliam, siue Mæoniam: utrunque enim fertur. Supra Epictetum uersus meridiem est magna Phrygia,^{Phrygia magna} Pesinunte ad sinistram relicta, & quæ sunt circa Orcaorycos & Lycaoniam: ad dextram Maonibus, Lydis, & Caribus. In hac est etiam quæ ad montana adiacens Parorius dicitur Phrygia, & quæ ad Pisidiā est, ac regio circa Amorium, Eumeniamq̃, & Synnada. deinde Apamea cognomento Cibotus, & Laodicea, quæ sunt maxime Phrygiarum urbium. His etiam circumposita sunt opposita oppida, Aphrodisias, Colossæ, Themisoniū, Sanaos, & Apollonias metropolis. longius deinde Pelta, Tabæ, Eucarpia, Lysias. Parorios Phrygia montanum habet dorsum, ab orsu uersus occasum productum. ei utrinque subiecta est magna planities, dorsoq̃ uicina urbs septentrionem uersus Philomeliū, ad meridiem Antiochea ad Pisidiā quæ uocatur. illa in campo, hæc in colle sita, & coloniam habens Romanam. Hanc Magnetes condiderunt, qui ad Mæandrum habitabant: liberauerunt à regibus Romani, quo tempore Asiam reliquam Eumeni tradiderunt quæ intra Taurum iacet. Fuit ibi etiam sacerdotium Mensis & Arcaei, multitudinem hiero-^{supra Asiam.} dulorum habens & sacrorum locorum. sed euersum est à morte Amyntæ ab ijs qui in hæreditatē eius missi fuerunt. Synnada urbs est non magna. ante eam campus iacet oleis confitus, stadiorum circiter LX. ab altera parte est Docimia pagus, & lapicidina Synnadicī lapidis, ut quidam Romani appellant. nam incolæ Domicitidem & Docimā uocant. Eæ fodinæ ab initio exiguas glebas ediderunt. sed ob sumtum magnitudinem, q̃ nunc faciunt Romani, eruntur magnæ columnæ solidi lapidis, uarietate ad Alabastritem accedentes lapidem. ita ut quanquam multum huiusce onerum ad mare uanum deducatur: tamen & columnæ & tabulæ Romam perferantur, magnitudine atque pulcritudine admiranda.

Apamea emporium est magnū eius quæ proprie dicitur Asia, p̃xima post Ephesum^{Apamea.} dignitate. hæc enim commune est receptaculum eorum qui & ab Italia & Græcia ueniunt. Sita est Apamea ad Marisyæ fluuij ostia. qui ad ipsam ortus urbem, mediam eam perfluit: & postquam suburbium uehemente atque præcipite fluxu percurrit: cum Mæandro coit, qui iam alium recepit suo alueo fluuiū Orgān, per equabile & leuiter mol-^{Mæander.} literque delatum solum. Hinc iam auctus aquis Mæander, aliquandiu per Phrygiam fluit. deinde Cariam à Lydia differtinat, apud campum qui Mæandrius dicitur: nimis quàm obliquus: ita ut ab eo etiam omnes obliquitates Mæandri appellentur. tandem apud ipsam Cariam Ionīa quæ nunc dicitur separata, inter Miletum & Prienam in mare exit, oritur à Celænorum quodam tumulo, ubi urbs tumulo fuit cognominis. atq̃ hinc ciues transtulit Antiochus Soter in eam quæ nunc dicitur Apameam: cui à matre Apama ipse nomē fecit, filia Artabazi, quæ nuptum data fuerat Seleuco Nicatori. Isti loco adsignant fabulam Olympi & Marisyæ: ac concertationem Marisyæ aduersus Apollinem. Supernè est palus calamum edens ad tibiarum lingulas aptum. ex hac palude aiunt utrunq̃ scaturire amnem: Marisiam inquam & Mæandrum. Laodicea cum antè esset exi-^{Laodicea.} lis, nostra & parentum nostrorum ætate creuit: quanquam oppugnatione Mithridatis Eupatoris damnum accepisset non contemnendum. Sed soli præstantia, & lata ciuium quorundam fortuna, eam amplificauerunt. Prior Hiero, CID CID talētorum, ampliorem etiam hæreditatem legauit ciuitati, cum multis urbem donarijs exornasset. Zeno deinde rhetor, atque huius filius Polemo: qui etiam ob res præclare gestas regno dignatus est, primum ab Antonio, deinde à Cæsare Augusto. Loca quæ sunt circum Laodiceam o-

ues alunt excellentes: non mollicie modò lanarum, qua etiam Milesijs præstant: sed etiam ad coruorum nigredinis æmulum colorem: unde amplos quoque habent redditus: ut & Colosseni ab eiusdem nominis colore, in uicinia habitantes. Ibi etiam Caprus & Lycus in Mæandrum incidunt. Lycus fluuius est iustæ magnitudinis: à quo & Laodicea cognomen habet, ut ad Lycum sita dicatur. Supra urbem situs est mons Cadmus, è quo Lycus defluit, item alius monti cognominis. qui cum haud exiguo spacio terram subeat, rursusque emergens reliquis misceatur fluminibus: simul & multis foraminibus peruium declarat solum, & obnoxium facile terræ esse motibus & uiciniam item. Carura limes est Phrygiæ & Caria. Is est pagus habens diuersoria seu receptacula peregrinorum: & eruptiones feruentium aquarum partim in Mæandro fluuius, partim supra ripam. Et quidem narrat Ienonem quendam, cum in istarum cauponarum quandam cum multitudinem meritoriarum mulierum diuertisset, noctu terræmotu existente, uniuersos esse deletos. Ferè autem tota ad Mæandrum regio facile terræ motibus concutitur, & cuniculos habet igni aut aqua plenos usque ad continentem. Nam tota ista illius terræ cauitas protenditur usque ad Charonea: quorum unum est Hierapoli, aliud ad Nysææ regionis Characa: itemque ad Magnesium & Myntem. Solum enim est friabile & attritu facile, plenum saluginis, & quod nullo negotio inflammetur. Ac fortassis etiam Mæander ita curuus est, quod alueus eius uariè intercipitur. Sicut & multum limi deferens idem, aliàs alijs litoris partibus adpingit, aut uis facta in altum expellit. Prienam quidem antea in mari sitam, XL stadia longo aggere continenti coniunxit. Sed & Catacecaumene, quam Lydi & Mysi possident, combustæ appellationem causis scilicet de talibus obtinuit, ac Philadelphia urbs in ea, muros etiam tutos non habet. cum quotidie ipsæ pœne succutiantur ac fathiscant. & oppidani adsiduò intenti sint istis terræ adfectionibus, contrahi moliantur. Sed & de cæteris urbibus Apamea etià ante Mithridaticum bellum sepe motu terræ concussa fuit. & rex cum superuenisset, uideretque urbem iam subuerti, ad substructionem centum largitus est talenta. Idem Alexandri ætate accidisse ferunt, quapropter ueri simile est Neptunum ab ijs coli, quanquam mediterraneis. & à Celano Neptuni ex Celena Danaïdum una F. urbem fuisse denominatam: aut propter ingreditum lapidum, quæ sit ab adustione. Sed neque ea pro fabulis habenda sunt, quæ de Sipylo & subuersione eius dicuntur. Nam & nostra ætate tremores terræ Magnesium deiecerunt: quando & Sardes, & aliæ nobilissimæ urbes ab ipsdem sunt grauissime afflicte multis partibus. Imperator tamen instaurauit, pecuniam largitus, quod beneficij antea etiam Trallianis præstiterat pater eius, cum eorum corruisset gymnasium: itemque Laodicensibus. Quid impedit, quò minùs audiamus antiquitatis scriptores? De quorum numero Xanthus Lydiæ historiæ conditor narrat quantæ ac quotæ in ista regione inciderint mutationes, quarum etiam superius facta est mentio. Quinetiam Typhoni quæ etiam omnia quæ sunt inter Lydos ac Mæandrum eodem in tractu censere: cum ob paludum & fluuiorum multitudinem, tum ob crebras terræ cauernas. Iam palus quæ Laodiceam & Apameam interiacet, quanquam maris in morem alta est, cœnosum tamen quidpiam & quasi è cuniculo elisum edit. Aiunt etiam in ius uocari Mæandrum, cum prorutis limitibus agrorum fines mutat multamque ab eo exigi atque sumi è uectigalibus traiectionem. Inter Laodiceam & Carurafanum est Mentis qui Carus dicitur, magnæ ueneratione cultum. Nostra ætate fuit ibi schola magnæ medicinæ Herophileæ operam nauantium, à Zeuxide gubernata, ac deinde ab Alexandro Philalethia, sicut & patrum nostrorum tempestate Smyrnæ Erasistrateia schola fuit, præfide Hicesio. nunc nihil simile euenit. Sed & nationes quædam Phrygiæ nominantur, nusquam hodie existantes: ut Berecyntes. Et Aleman ait, Phrygium cecinit melos Cerbesium. ac fossa quædam Cerbesia memoratur, pestilentiam exhalans. ea tamen adhuc monstratur, quanquam hominum mutato nomine. Aeschylus in Nioba confundit. ait enim illa se memorem futuram Tantalii rerum, In rupe cui paterni Idæa sit Iouis ara. & rursus.

Sipylum, Idæo in solo.

Verba etiam Tantalæ exstant:

Bis sex dierum itinere conféro ipse agros,
Berecynthia antra, sedes ubi Adraftea habet.
Et lida mugitu late sonat boum,
Pecorisq; balatu procul campi fremunt.

IN LIBRVM DVODECIMVM INTER PRETIS ANNOTATIONES.



Libri initium deesse suspicor, non enim, puto, ita ex abrupto (qui aiunt) Ieum ordiri uoluit. *ὅτε ἐκ τῆς ἡν ἄλλω.* Verba non coherent. Quid secutus sim, uersio mea ostendit, ut & alibi. neque enim omnia anno-

tando persequi possum.

1 Est autem portio hæc.] Ita uerti, ne quis ad solam Cappadociam pertinere hæc putaret. Vide initium libri superioris. *Περὶ ἑλίου τὰ μὲν.*] Legabatur *πρόειλον* ineptè. Sed & Eustathius in Dionysium ex hoc loco scribit. Cappadociam à Persis in duas *Σατρίπιας*. à Macedonibus in totidem regna fuisse diuisam.

2 Locus hic corruptus est, Sed integraui eū quantum licuit ex epitomis atque Plin. lib. 6. cap. 3. Morimena quidem paulo post apud Strabonē legitur. Nam de ipsis uocabulis disputabitur (Deo uolente) in nostro Onomastico. Cybistra quidem legendum liquet. Eleusiam legi *ἐλαϊδοσάμ* pro *ἐλαιοσάμ*, quia & infra sic aliquoties dicitur, & habet Plin. 5. 27.

3 Immensa profunditate.] *Ἀπλώτω* est. Sed *ἀπλῶτω* legi. nam cur profunditas navigationem impediatur, aut etiam latitudo, nondum didici: neque uerū puto, ceteris paribus pro *λαμβάνει τε* lego *λαμβάνει τῶτε*. Si non omnino etiam *τε* illud abundat.

4 Prædationi.] *Λησύνει* enim legi pro *πῆλει* ut *πρόπειρα* pro *πρόπτερα*. hæc ipse sensus docet pro *ἐαθρῶν* quoq; *ἐπαθρῶν* suspicor scribendum aut *βόθρῶν*, ut infra.

5 Amicorum.] *τῶν φίλων*. Sic Aidus noster corrector in *φιλῶν* mutauerat, nescio quid admodum secutus. Quid Cyrini castra, & uerba abs me parentibus inclusa sibi uelint, ignoro de Cybistris epitomas sum secutus, quæ *μικρῶν* pro *ἐκαστῶν* acceperunt.

6 Mox Gabadania.] Hanc ego nullibi inuenio: & pro Cataonia obrepisse puto, neq; uerba sunt integra. & *ἐγρόβοτ* & uox est insolens. Minium ibericum aut Hispanicum sit, ambiguum esset, nisi Strabo libro tertio Hispanicum disertè cum Sinopico contulisset. Vide & Plin. 33. 7.

6 Dasmenon.] Locus est mutilatus, & hoc *δαμνῶν* apparet participium esse. Lanisena heic bis, initio libri Laninasena dicitur. quid faceres? sed & reliqua de Cappadocibus sunt mutilata.

7 In undecim.] Vetus habet duodecim, fortasse scriptum secutus librum. De re ipsa Plutarchi Pompeium, & Appiani Mithridaticum legere licet. nā uerba sunt confusa heic & manca.

8 Teium.] *Τηῶν ἡδὲ* lego pro *Τηϊονίτης*. & supra Sangiam pro Sagiam ex Eustathio in Dionysium legi. Quos autem Atticos reges diceret, non. Sed & infra Attalici reges nominantur. ac post idem mendum refertur. Itaque Attalicos restitui res tota copiosius libro XIII. exponitur. Paulo antè *Μόδρω*.] Forte *μάδρω*. Plin. 6. 2. Henetos autem adspiro, unde Veneti, ex eodem, & ratione grammatica, ac maxime Eustathio in Periegetem.

9 Autolyçi.] Sic correxi è Plutarchi Lucullo. Bilari spharam nescio. de Autolyçi oraculo in epitomis præterea est. eo monitum Diogenem uitiasse monetam. An id Strabo scripserit: aut aliud sit insertum, nescio. multa talia animaduertet, qui cōferre Strabonem cum epitomis uolet. Quod post de Gadilonitide & Aramina sequitur, suspectum est. Saramenā reposui è sequentibus, pro *ἀπρόδιφθ*. habebat epitome *ἄπρωθ*. quod malui densas notari puto. *ὁποῦν* per u scripsi.

10 Per Phanoræam.] Sic rectè legitur, male confundentibus cum hoc Phanagoriam Ptolomæi libris. Vide præter ea quæ infra de Phanoræa dicuntur. Plin. 6. lib. cap. 3. & 6. *παρίσσει* autem hæc pro parallelo commodius quam superiore libro sumi potest. ut è tabulis liquet. Post pro *παράγει*, quod nihil est *παράγει* scripsi, cum epitomæ habeant *ὁφείν* pro *ἀπογεῖν* puto legendum *ἐν πορείῃ*.

11 Hunc locum partim ex Eustathio, partim ex epitomis correxi. Illud *μάλιστ' ἐκ τινος* est prauum. Cur autem pro *μύρνας* reposuerim inferius *μύρνας*, ratio & post Strabonem ac Plinium Stephanus docere possunt, *μύρνας* quidem nihil est.

12 Hæc etiā correctiones Eustathio debentur. Quod autem post paulo sequitur de ociose additis uerbis, epitomæ *ἀκρίως* *προσθεῖναι* interpretati sunt uoce

παρέλας. & habent duo alia insuper exempla, οἷον
νοῖσι τε πᾶσι. Iliad. α. initio, atque εἰκοσι πᾶσι εἰ-
φύσω. Iliad. σ. 470. ubi liquido (ut sepe apud Ho-
merum aliis.) uox πᾶς ociosa est. in ijs quæ Strabo ha-
bet, abundant τῆλε, πότνια, πᾶσι.

13 Neque contermini.] Lacer est locus. loqui-
tur autem de Chalybibus haud dubie. itaque asterisco
ostendi deesse, quod supplere meliores possunt codices.

14 Stiphane.] Locus est corruptus, πῶ λ' οὐ-
αὐτὴν recte uertitur piscosum. nam & supra hoc ipso
in libro pelamij's οὐ-αὐτὴν dicitur, & Plutarchi Sympos.
libro quarto, capite secundo, & 4. οὐ-αὐτὴν piscem esse fa-
cile discas.

15 Amnias.] Epitoma Ἀμνι & pro Ὀλγας
σὺς habent Ὀλγας & non probo.

16 Annotavi alicubi asteriscum, ut ostenderem
loca non esse integra hæc quid sit ἐρημοποιεῖν, diui-
net qui potest. ego ἐρημοποιεῖν puto esse, uicis, ac pla-
teis urbem diuidere. ὁ ποίος καλεῖται.] Equidem
disimulandum non est pro ὁ ποίος τὴν Τροίαν legis-
se χυσομαθῶν collectorem.

17 Trocmi.] Ita & libro quarto legitur, & apud
alios scriptores, & Plin. 5. 32. Hæc Τρόγιοι incu-
cante, quos interpretem retinuisse miror, cum sint nulli
Leonorius suspectum est. Epitoma Leonem habent. In-

fra pro Blayro Blandum correxi ex Stephano. & Or-
caorycos ex sequentibus.

18 Defertur.] Legi enim κατενεχθῆναι pro κα-
ταμειχθῆναι. cogitavi etiam pro ὑποπλῆναι legendum
ὑπὸ τῆς ὑποπλῆς. sed consului citra mutationem lo-
co. Propter arduitatem.] Locus est lacer. &
non liquet ad Selgensesne — hoc, an ad pontes per-
tineat.

19 Milyæ.] Sic legendum & ratio geographica
docet, & Herodotus, de cuius primo libro hæc sunt de-
sumpta, & epitomæ, & Stephanus. Herodotus & Epi-
tomæ non Λύκωνά habent, sed Λύκον. & ab hoc Ly-
ciam, ab illo potius Lyconiam denominari potuisse ap-
paret. Eustath. in Iliad. § 184. Lycum uel Lyconem con-
iuncte nominat. Isandrum pro Pisandro habent omnes
Homeri codices, quos ego uidi. Cætera de Sarpedone
non assequor. quid est enim ἡλύσσειν.

20 Caviitas.] Κατασκευὴν. rem sum secutus.
quid Charonea sint, & Charax, discere potes ex Ono-
mastico nostro, item cur Nyseam scripserim in
uersione. Finis libri lacer est. de Berecyn-
tho ibidem dixi. lego ἐρπύσει μίνα
λαρ, πᾶσι δὲ ἐρεχθῆς
πῶς δὲ.

FINIS.

STRABO